# Pius II.

## Incipiunt regule Cancellarie promulgate a papa Pio 2$^{o}$ anno domini MCCCCLVIII[a]

[a] Incipiunt - MCCCCLVIII *Greifswald 18; Augsburg 153* Anno domini 1458 tertia die septembris coronatus fuit papa Pius secundus*; Berlin 516* Regule Cancellarie Pii pape secundi*; BL 2825* Ex regulis sive constitutionibus sanctissimi domini nostri Pii pape II*; ohne Überschrift sind Firenze 64, München 8482, Padova 64, Sevilla 7 (weggeschnitten)*

### 1.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia[a] papa secundus[b] pro utilitate rei publice ac norma et modo dandis[c] in rebus agendis suorum[d] predecessorum inherendo vestigiis in crastinum sue[e] assumptionis ad summi[f] apostolatus apicem, videlicet tertiodecimo[g] kalendas[h] septembris anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo[i][1], infrascriptas quorundam[j] ex eisdem predecessoribus[k] regulas et[l] ordinationes innovavit[m] et quasdam limitavit aliasque et certas reservationes ac revocationes[n] et constitutiones[o] fecit subsequentes, quas dumtaxat voluit et mandavit suo tempore[p] observari et per me[q] Rodericum[2] sancti Nicolai in Carcere Tulliano[r] sancte Romane ecclesie diaconum cardinalem et ipsius ecclesie[s] vicecancellarium[t] in Cancellaria apostolica publicari et que postmodum, die videlicet quinta[u] mensis septembris supradicti pontificatus sui anno primo[3], iuxta mandatum mihi factum fuerunt publicate.

[1] *1458 August 20*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[3] *1458 September 5*.

[a] divina providentia *fehlt Augsburg 153, Berlin 516, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Firenze 64, München 8482, Paris 4172*
[b] secundus *Firenze 64, BL 2850, VL 6343* II*; Greifswald 18* 2$^{us}$
[c] modo dandis *München 8482* non dandum
[d] suorum *VL 6343* suorumque
[e] sue *Sevilla 7* seu
[f] summi *fehlt Firenze 64*
[g] tertiodecimo *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* XIII
[h] kalendas *fehlt Sevilla 7*
[i] millesimo – octavo *Augsburg 153, BL 2825, VL 6364* MCCCCLVIII*; Berlin 516, Greifswald 18* MCCCCLVIIII*; BL 2850, Paris 4172* 1458*;* quadringentesimo - octavo *München 8482* CCCCLVIIII*;* octavo *fehlt Padova 64*
[j] quorundam *Augsburg 153* quarundam
[k] predecessoribus *Sevilla 7* predecessoris
[l] regulas et *Sevilla 7* regulis sive
[m] innovavit *Sevilla 7* imitavit
[n] ac revocationes *fehlt Berlin 516*
[o] innovavit - constitutiones *fehlt Padova 64*
[p] *Greifswald, Padova 64 18 folgt* firmiter

[q] me *fehlt Berlin 516, München 8482*
[r] *Padova 64 folgt* sacro
[s] et ipsius ecclesie *fehlt Sevilla 7*
[t] vicecancellarium *München 8482* vicecamerarium
[u] quinta *BL 2850, VL 6343, Sevilla 7* V

## 2.

RESERVATIONES „AD REGIMEN[a]".

In primis reservationes fecit similes illis, que in constitutione[b] felicis recordationis Benedicti pape XII[c], que[d] incipit „Ad regimen[1]", continentur et illas[e] locum habere voluit, etiamsi officiales in eadem constitutione expressi ante obitus eorum apostolice sedis officiales[f] esse desierint, quoad beneficia, que tempore, quo officiales erant, obtinuerant, ac reservavit beneficia, que per constitutionem pie memorie Iohannis pape XXII[g], que incipit „Execrabilis[2]", vacant vel vacare contigerit[h].

[1] = *Benedikt XII. Nr. 35B.*
[2] = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

[a] Reservationes – regimen *Sevilla 7*
[b] constitutione *Sevilla 7* constitutionibus
[c] XII *Padova 64* duodecimi*; Sevilla 7* etc.
[d] que *fehlt Paris 4172*
[e] et illas *Sevilla 7* in illis
[f] in eadem – officiales *fehlt BL 2825, VL 6364, Firenze 64*
[g] XXII *Padova 64* vicesimi secundi*; Firenze 64* XII
[h] et illas – contigerit *BL 2825, BL 2850, VL 6364, Paris 4172* etc.

## 3.

RESERVATIO SPECIALIS[a].

Item specialiter reservavit provisiones omnium ecclesiarum cathedralium et[b] metropolitanarum ac patriarchalium[c] et quorum fructus etc. ultra ducentos[d] florenos auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedant, etiam[e] monasteriorum, quotiens huiusmodi reservationibus uti voluerit.

[a] Reservatio specialis *Sevilla 7*
[b] et *Firenze 64* etiam
[c] patriarchalium *Sevilla 7* parochialium
[d] *Firenze 64* II[c]
[e] valorem - etiam *Augsburg 153, Firenze 64, Greifswald 18, Padova 64* valent annuatim*; Berlin 516, München 8482* valeant annuatim

## 4.

RESERVATIO GENERALIS[a].

Item reservavit generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus et[b] metropolitanis[c] ac principales in collegiatis ecclesiis nec non prioratus[d], prepposituras et prepositatus[e] ac alias[f] dignitates conventuales et preceptorias[g] generales ordinum quorumcumque, sed non militiarum, nec non quecumque beneficia, que sui[h] et sancte Romane ecclesie viventium nunc, et qui erunt suo tempore, cardinalium familiares continui commensales obtinent et in posterum obtinebunt[i] eorum familiaritate[j] durante et in quibus seu ad que[k] ius tunc eis competit aut[l] competierit, etiamsi ab[m] ipsa familiaritate[n] per obitum cardinalium eorundem vel alias[o] recesserint[p].

---

[a] Reservatio generalis *Sevilla 7*
[b] et *Firenze 64* etiam
[c] et metropolitanis *fehlt Padova 64*
[d] *Padova 64 folgt* conventuales et
[e] et prepositatus *fehlt Greifswald 18*
[f] ac alias *fehlt Sevilla 7*
[g] prepositatus - preceptorias *fehlt Padova 64*
[h] *Firenze 64* suo
[i] et in - obtinebunt *fehlt München 8482*
[j] familiaritate *Padova 64* firmitate
[k] ad que *München 8482* atque
[l] competit aut *fehlt Padova 64*
[m] ab *Berlin 516, Firenze 64* de
[n] familiaritate *Padova 64* infa(mita)te vel alias
[o] vel alias *fehlt Padova 64*
[p] recesserint *München 8482* resevavit*; Padova 64 folgt* etc.

**5.**

RESERVATIO COLLECTORUM[a].

Item reservavit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque[b] collectorum et unicorum in[c] quacumque[d] civitate vel diocesi, qui suo tempore[e] eorum officia exercuerint, subcollectorum fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, que durante eorum officio obtinuerint et in quibus seu ad que[f] ius tunc eis competierit.

---

[a] Reservatio collectorum *Sevilla 7*
[b] quorumcumque *fehlt Berlin 516*
[c] in *fehlt Padova 64*
[d] quacumque *fehlt Sevilla 7*
[e] *Padova 64 folgt* firmiter
[f] ad que *München 8482* atque

**6.**

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

RESERVATIO BENEFICIORUM CURIALIUM[a]

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque curialium[b], quos, dum curia[c] Romana de loco ad locum transferretur, eam sequendo decedere contigerit in quovis loco[d] quantumcumque etiam a dicta curia remoto.

---

[a] Reservatio - curialium *Sevilla 7*
[b] curialium *Padova 64* cubicularum
[c] quos - curia *Padova 64* quedam cura
[d] *Padova 64 folgt* et

**7.**

CUBICULARIORUM ET CURSORUM[a]

Item reservavit omnia beneficia cubiculariorum[b] et cursorum suorum.

---

[a] Cubiculariorum - cursorum *Sevilla 7*
[b] cubiculariorum *München 8482* cubicularium

**8.**

Item reservavit dispositioni sue generaliter quecumque[a] canonicatus et prebendas etc.[b], dignitates, personatus et officia in basilica principis apostolorum et sancti Iohannis Lateranensis ac beate Marie maioris de Urbe ecclesiis nec non ad collationem, provisionem, presentationem[c] seu quamvis aliam dispositionem sancte Romane ecclesie cardinalium a Romana curia absentium ratione[d] suorum episcopatuum cardinalatus et in eorum cardinalatibus ecclesiarum[e] et titulorum spectantes[f], quamdiu absentia huiusmodi duraverit, canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes, officia ceteraque ecclesiastica[g] beneficia cum cura et sine cura vacantia et in antea vacatura tam in eadem Urbe quam in[h] ecclesiis, civitatibus et diocesibus dictorum episcopatuum consistentia ac decrevit etc.

---

[a] *Greifswald 18 folgt* videlicet
[b] ac *Firenze 64* etc.; *Sevilla 7* et
[c] presentationem *Padova 64* presentis
[d] ratione *Sevilla 7* variorum
[e] ecclesiarum *fehlt Berlin 516*
[f] spectantes *Augsburg 153* spectantia; *Padova 64* expectantes
[g] ecclesiastica *fehlt Berlin 516*
[h] in *fehlt Firenze 64*

**9.**

DECLAR[ATIO ...]AT RESERVATIONES PREDECESSORIS[a].

Item declaravit omnium et singularum ecclesiarum cathedralium et monasteriorum provisiones, quas felicis recordationis Calixtus papa tertius[b] predecessor eius ordinationi et dispositioni[c] sue, nec non[d] omnia et singula beneficia ecclesiastica[e], que dictus predecessor[f] etiam prefate dispositioni cum interpositione decreti reservaverat, que quidam ecclesie et monasteria nec non sic reservata[g] beneficia tempore obitus dicti predecessoris vacabant aut ecclesie et monasteria[h] huiusmodi, si[i] commendata vel eis[j] administratores deputati non fuissent, etiam[k] tunc vacassent, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem[l] et decretum affecta[m] nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse sive posse quoquo modo, decernens irritum et inane, si secus de illis attemptatum forsan erat tunc vel in posterum contigerit[n] attemptari.

---

[a] Declaratio - predecessoris *Sevilla 7*
[b] tertius *Augsburg 153, Firenze 64* III
[c] et dispositioni *fehlt Padova 64*
[d] nec non *fehlt Padova 64*
[e] ecclesiastica *fehlt Greifswald 18*
[f] ordinationi - predecessor *fehlt Berlin 516*
[g] que quidam – reservata *fehlt Berlin 516, München 8482*
[h] nec non sic - monasteria *fehlt Greifswald 18*
[i] si *Greifswald 18* sic
[j] eis *Padova 64* eius; *Sevilla 7* eius videlicet
[k] etiam *fehlt Padova 64; Berlin 516* ex
[l] reservationem *Berlin 516* resignationem
[m] affecta *fehlt Sevilla 7; Berlin 516* effecta
[n] contigerit *Firenze 64* contigeret

## 10.

UT LITTERE EXPEDIANTUR INFRA SEX MENSES[a].

Item voluit, quod[b] usque ad eius beneplacitum super quibusvis concessionibus per prefatum dominum Calixtum vel de eius mandato factis[c] et, si ille gratias[d] beneficiales, super quibus littere apostolice infra terminum iuxta constitutionem[e] per ipsum dominum Calixtum editam[f1] ad id prefixum[g] expediende forent, concernunt, post lapsum terminum[h] huiusmodi et prorogationum super hoc per eundem Calixtum factarum[2] infra sex menses ex tunc proxime futuros[i] in forma[j] „Rationi congruit“ expediri possint iuxta constitutiones et regulas[k] quoad[l] hoc congruentes et alias, ut est moris.

---

[1] = *Calixt III. Nr. 111*.
[2] = *Calixt III. Nr. 112*.

---

[a] Ut - menses *Sevilla 7*
[b] quod *fehlt Sevilla 7; München 8482* quo
[c] factis *Berlin 516* facto; *Padova 64* factas et irritat
[d] gratias *Padova 64* gratie

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[e] constitutionem *München 8482* constitutum
[f] editam *München 8482* et dictam
[g] prefixum *fehlt Sevilla 7; München 8482* predictam
[h] terminum *Augsburg 153* termini
[i] proxime futuros *Padova 64* immediate futuras*;* futuros *Greifswald 18* facturos
[j] in forma *fehlt Greifswald 18*
[k] regulas *Berlin 516, München 8482* litteras
[l] quoad *Padova 64* que ad*; Sevilla 7* ad

## 11.

RE[VOCAVIT ...] NOMINATIO [...] EXPECTATIVARUM[a].

Item[b], suorum predecessorum vestigiis inherendo revocavit quascumque expectativas gratias nec non alias quam, super quibus per Cancellariam apostolicam littere in forma solita expediri consueverunt[c], reservationes[d] de quibusvis etiam patriarchalibus, metropolitanis et aliis cathedralibus ecclesiis ac monasteriis et beneficiis vacaturis cum[e] mandatis de providendo et extensionibus inde secutis per dictum predecessorem in favorem quorumcumque et quibuscumque, etiamsi sint sancte Romane ecclesie cardinales, concessas et factas[f], ac facultates nominandi et reservandi ac conferendi, prerogativas et indulta, que circa gratias et reservationes huiusmodi ab eodem predecessore emana‹ve›runt, quoad[g] ea, in quibus nondum sunt sortite effectum.

[a] De - expectativarum *Sevilla 7; marginal neben dieser Regel* Vide in eis / de co.. pre(bend.) / ivi et in e fi / co ti
[b] *Padova 64 folgt* idem dominus noster
[c] *Padova 64 folgt* necnon
[d] reservationes *Padova 64* revocationes
[e] cum *fehlt Padova 64; München 8482* tam
[f] concessas et factas *Greifswald 18, Sevilla 7* concessis et factis
[g] *Firenze 64* que ad

## 12.

DE UNIONIBUS[a].

Item rationabilibus suadentibus[b] causis ipse dominus noster omnes uniones, annexiones et incorporationes de quibusvis cathedralibus nec non aliis ecclesiis ac monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis et locis ecclesiasticis, qualiacumque fuerint, invicem[c] vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis[d], dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis et locis quomodolibet[e] apostolica vel alia quavis auctoritate factas, que suum[f] sortite non[g] sunt effectum, ac quecumque concessiones et mandata super unionibus, annexionibus et incorporationibus taliter[h] faciendis revocavit, cassavit et irritavit nulliusque decrevit existere firmitatis nec alicui[i] quascumque clausulas vel[j] adiectiones in quibusvis apostoli-

cis, etiam que motu proprio et ex certa scientia processerant[k] vel emanaverant, litteris[l] quomodolibet[m] contentas[n] adversus revocationem, cassationem et irritationem huiusmodi voluit aliquatenus[o] suffragari.

[a] De unionibus *Sevilla 7*
[b] suadentibus *Firenze 64* suadente
[c] et locis - invicem *fehlt Berlin 516*
[d] mensis *fehlt Augsburg 153*
[e] quomodolibet *Firenze 64* quolibet
[f] suum *fehlt Padova 64*
[g] non *fehlt Padova 64*
[h] taliter *Firenze 64* totaliter
[i] alicui *München 8482* aliqui
[j] vel *München 8482* iuxta*; Sevilla 7* nec
[k] processerant *München 8482* processavit
[l] litteris *Berlin 516, Greifswald 18* litteras*; München 8482* litterarum
[m] *Firenze 64* qualibet
[n] contentas *Sevilla 7* contentis
[o] aliquatenus *Padova 64* aliquarum

## 13.

DE LITTERIS TEMPORIBUS PAPE CALIXTI REVOCATIS[a].

Item predictus dominus noster omnes et singulas ab ipso Calixto predecessore suo[b] infra annum[c] ante diem obitus eiusdem[1] concessas gratie vel iustitie litteras temporibus debitis[d] eorum executoribus non presentatas omnino revalidavit et in statum pristinum, quo videlicet ante fuerant, et eos[e], pro quibus erant obtente, quoad hoc plenarie restituit ac decrevit per executores predictos vel ab eis subdelegandos perinde[f] ad ipsarum executionem[g] procedi posse et debere, ac si executio huiusmodi temporibus predictis inchoata fuisset.

[1] *1458 August 6*.

[a] De - revocatis *Sevilla 7*
[b] suo *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7*
[c] *Berlin 516 folgt* a die publicata
[d] debitis *Berlin 516* predictis
[e] eos *Firenze 64* eas
[f] perinde *Padova 64* aut per eundem
[g] executionem *Padova 64* executoriam

## 14.

Item revocavit[a] quascumque facultates concessas quibusvis patriarchis, archiepiscopis, episcopis[b] et aliis prelatis nec non apostolice sedis nuntiis[c] ac fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum collectoribus[d] de dispensando cum quibusvis personis super matrimonio contracto vel contrahendo in gradu prohibito ac super natalium[e] et etatis defec-

tibus et de incompatibilibus ecclesiasticis beneficiis insimul[f] retinendis nec non de notariis publicis creandis ac alias a premissis officia ipsorum nuntiorum et collectorum directe non concernentes[g], quoad omnia, in quibus facultates ipse non sunt sortite effectum, etiamsi nuntiis eisdem dicte sedis legatis de latere competens fuerit concessa potestas.

---

[a] revocavit *Berlin 516* reservavit
[b] episcopis *fehlt Sevilla 7*
[c] nuntiis *fehlt Sevilla 7; München 8482* merciis
[d] debitorum collectoribus *Padova 64* debitant collatoribus; collectoribus *München 8482* collectorum
[e] natalium *Padova 64* vacalium (!)
[f] insimul *Padova 64* nisi
[g] collectorum - concernentes *Padova 64* collatorum directe non concerentes

**15.**

Item revocavit quascumque licentias[a] et facultates suum non sortitas effectum tam per ipsum quam predecessores suos Romanos pontifices concessas quibusvis personis de resignandis simpliciter vel ex causa permutationis quibusvis beneficiis dispositioni apostolice generaliter reservatis in manibus ordinariorum locorum seu constitutorum in aliqua dignitate aut canonicorum cathedralium ecclesiarum et de conferendis eisdem beneficiis in eo, quo licentie seu facultates huiusmodi se extendunt, ad dignitates in cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis principales ac preposituras et prioratus conventuales nec non ad alias electivas[b] dignitates in dictis ecclesiis, nisi in huiusmodi resignationibus[c] et collationibus de aliis electivis[d] dignitatibus dispositioni apostolice generaliter non reservatis faciendis illorum, ad quos electio personarum ad illas spectat seu maioris partis eorundem[e] intervenerit assensus[f], ac mandavit super huiusmodi licentiis et facultatibus hactenus concessis[g] et in antea concedendis litteras apostolicas nullatenus expediri, nisi in illis excipiantur[h] dignitates predicte maiores et principales, et quoad alias[i] dignitates, nisi cum restrictione[j] dicti consensus, ac decrevit irritum etc.

---

[a] licentias *Padova 64* lites
[b] electivas *Padova 64* ecclesias; *München 8482* electiones
[c] resignationibus *Firenze 64,* Sevilla 7 reservationibus; *Padova 64* et signationibus
[d] electivis *fehlt Sevilla 7; Padova 64* ecclesiis; *München 8482* electionis
[e] eorumdem *Berlin 516, Firenze 64* eorum
[f] assensus *Augsburg 153* consensus
[g] ac mandavit - concessis *fehlt Augsburg 153*
[h] excipiantur *Firenze 64* expediantur; *Padova 64* exiperiantur
[i] alias *München 8482* illas
[j] restrictione *München 8482* restructione

**16.**

Item, ut in[a] apostolicis litteris committendi crimen[b] falsi per amplius occasio tollatur, voluit, statuit et ordinavit, quod in antea dictiones numerales, que in dictis litteris ante kalendas[c], nonas[d] et idus immediate poni consueverunt, per litteras et sillabas extense scribantur et ille[e] ex prefatis litteris[f], in quibus huiusmodi dictiones aliter scripte fuerint, ad bullariam[g] non mittantur.

---

[a] in *fehlt Sevilla 7*
[b] apostolicis - crimen *München 8482* apostolicarum litterarum connutendi (!) Camere
[c] ante kalendas *fehlt Padova 64*
[d] nonas *Berlin 516* novembris
[e] ille *Sevilla 7* alie
[f] ex prefatis litteris *Augsburg 153* in prefatis
[g] bullariam *München 8482* bullarium

## 17.

DE CONCURRENTIBUS QUIS PREFERATUR[a].

Item voluit, quod de concurrentibus super vacantibus seu certo modo vacaturis[b] beneficiis illi, quibus gratie motu proprio conceduntur, ceteris simili motu[c] gratias non habentibus, alias graduati non graduatis et inter[d] graduatos magis graduati[e] ac inter equaliter graduatos[f] prius graduati[g] nec non colorato titulo possessores non possessoribus et inter personas alias in curia presentes ab ea absentibus ac inter presentes non beneficiati beneficiatis[h] et similiter[i] inter absentes et ceteris paribus oriundus non oriundo et diocesanus non diocesano, in reliquis vero singuli[j], qui prius[k] desuper apostolicas litteras eorum[l] executoribus presentaverint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione preferantur.

---

[a] De - preferen[...] *Sevilla 7*
[b] vacaturis *Padova 64* vacatis
[c] motu *Padova 64, Sevilla 7* modo
[d] graduati - inter *fehlt München 8482*
[e] non graduatis - graduati *fehlt Padova 64;* et inter - graduati *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[f] equaliter graduos *Padova 64* equales graduis
[g] prius graduati *Sevilla 7* primus graduatus
[h] beneficiatis *fehlt Firenze 64*
[i] similiter *fehlt Greifswald 18*
[j] singuli *Greifswald 18, München 8482* singulariter*; Berlin 516* singulatis
[k] qui prius *Greifswald 18* quibus
[l] eorum *fehlt Padova 64*

## 18.

PER SIGNATURAM NON TOLLATUR IUS AQUISITUM[a].

Item, ne per varias, que pro commissionibus[b] habendis in causis plerumque fiunt, suggestiones[c] iustitia postponatur, idem[d] dominus noster decrevit atque declaravit sue intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam sive concessionem pro commissionibus huiusmodi per sanctitatem[e] suam vel eius mandato faciendam nulli ius sibi quesitum quomodolibet[f] tollatur.

---

[a] Per - aquisitum *Sevilla 7*
[b] pro commissionibus *Padova 64* provisionibus
[c] suggestiones *München 8482* subiectiones
[d] idem *München 8482* quod
[e] sanctitatem *Sevilla 7* vicem
[f] quomodolibet *fehlt Sevilla 7*

## 19.

DE ETATE BENEFICIORUM[a].

Item, quod provisiones aut concessiones vel mandata de providendo[b] cathedralium ecclesiarum canonicatibus et prebendis, que pro quibusvis[c] personis, si XIIII[d] sue etatis annum non compleverint, quomodolibet emanaverint, nisi eis[e], quod illos[f] in minori[g] etate recipere[h] possint, per sedem apostolicam specialiter concessum fuerit, et quecumque impetrationes de canonicatibus et prebendis in collegiatis ecclesiis, si impetrationes[i] minores[j] decem annis fuerint et de hoc in[k] impetrationibus huiusmodi expressa mentio[l] non fiat, nullius sint roboris vel momenti et habeantur prorsus pro infectis.

---

[a] De - beneficiorum *Sevilla 7*
[b] providendo *fehlt Padova 64*
[c] quibusvis *Padova 64* quibus suis
[d] XIIII *Augsburg 153, Berlin 516, Greifswald 18, München 8482, Padova 64, Sevilla 7* quartumdecimum
[e] eis *fehlt Sevilla 7*
[f] illos *fehlt Greifswald 18*
[g] minori *München 8482* maiori
[h] recipere *Sevilla 7* reperiri
[i] de canonicatibus - impetrationes *fehlt Greifswald 18;* si impetrationes *Sevilla 7* sic impetrantibus*;* impetrationes *Berlin 516, München 8482* impetrantes
[j] minores *München 8482* maiores
[k] hoc in *fehlt Sevilla 7;* in *fehlt München 8482, Padova 64*
[l] expressa mentio *München 8482* processa mentis

## 20.

DE RESIGNATIONE INFIRMORUM[a].

Item voluit, statuit et ordinavit[b], quod[c], si quis in infirmitate constitutus[d] resignaverit[e] aliquod beneficium sive simpliciter sive ex causa permutationis et postea infra XX[f] dies de ipsa infirmitate decesserit ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam,

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

collatio huiusmodi nulla sit ipsumque beneficium nihilominus[g] per obitum huiusmodi vacare censeatur.

---

[a] De - infirmorum *Sevilla 7*
[b] statuit et ordinavit *fehlt Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, München 8482, Padova 64*
[c] quod *fehlt Firenze 64*
[d] constitutus *fehlt Sevilla 7*
[e] resignaverit *Padova 64* est signaverit
[f] XX *Augsburg 153, Greifswald 18, Padova 64* viginti
[g] nichilominus *fehlt Sevilla 7*

## 21.

PETENS ECCLESIAM DEBET SCIRE IDIOMA[a].

Item voluit, quod, si contingat ipsum alicui persone de parochiali ecclesia providere seu mandare provideri vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligat et intelligibiliter loquatur idioma[b] loci, ubi ecclesia huiusmodi consistit, provisio seu mandatum et gratia desuper quoad[c] parochialem ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.

---

[a] Petens - idioma *Sevilla 7; marginal neben dem Regeltext* Regula (?) de idiomate
[b] idioma *Padova 64* idonea
[c] quoad *München 8482* quo

## 22.

Item, si quis supplicaverit sibi de beneficio quocumque tamquam per obitum alicuius licet tunc viventis vacante provideri et postea per obitum eius vacet, provisio dicto[a] supplicanti per obitum huiusmodi denuo facienda nullius sit roboris vel momenti.

---

[a] dicto *Padova 64* dicta

## 23.

Item voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis[a] uniri teneantur exprimere verum valorem[b] secundum communem extimationem[c] tam beneficii[d] uniendi quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat. Et semper in unionibus commissio fiat ad partes vocatis, quorum interest. Idem[e] voluit observari[f] in confirmationibus[g] unionum factarum.

---

[a] aliis *Padova 64* alias
[b] verum valorem *Padova 64* valeant verum
[c] *Padova 64 folgt* valorum annuum
[d] beneficii *Firenze 64* beneficium
[e] Idem *Firenze 64* Item *(mit Zeilenwechsel!)*
[f] observari *München 8482* conservari
[g] *Firenze 64* constitutionibus

## 24.

De mencantibus[a].

Item de mendicantibus, qui ad alios ordines transierint pro tempore, voluit constitutionem felicis recordationis Martini pape V[b] predecessoris sui desuper factam et in libro[c] Cancellarie scriptam[1] firmiter observari.

[1] = *Martin V. Nr. ME 53*.

[a] De mencantibus *Sevilla 7*
[b] V *Greifswald 18, Sevilla 7* quinti
[c] *Firenze 64* libram

## 25.

Valor librarum Turonensium et florenorum auri[a].

Item declaravit idem dominus noster, quod libra[b] Turonensium parvorum et florenus[c] auri de Camera pro equali valore in concernentibus[d] litteras[e] et[f] Cameram apostolicas[g] computari et extimari debeant.

[a] Valor - auri *Sevilla 7*
[b] libra *Berlin 516* libri
[c] florenus *Berlin 516, Greifswald 18, Padova 64* florenorum
[d] concernentibus *Padova 64, Sevilla 7* concurrentibus
[e] litteras *Firenze 64, Sevilla 7* litteris
[f] et *Padova 64* ad
[g] Cameram apostolicas *Greifswald 18, Sevilla 7* Cameram apostolicam*;* apostolicas Padova 64 apostolicam

## 26.

De beneficiis promovendorum[a].

Item voluit et decrevit quascumque collationes et provisiones pro tempore faciendas de quibusvis ecclesiasticis beneficiis secularibus et regularibus, que per promovendos vel assumendos ad quascumque prelaturas inter illarum vacationum et huiusmodi promotionum[b] vel assumptionum[c] tempora simpliciter vel ex causa permutationis ubicumque resignari vel alias dimitti[d] contigerit, nullius existere firmitatis.

[a] De – promonendorum (!) *Sevilla 7, dort am Rand neben dem Regeltext* De hiis, qui spe[rant] promoveri, renuntient sua beneficia et, si secus, renun(tiati)o seu permutatio est nulla
[b] et huiusmodi promotionum *fehlt München 8482;* promotionum *Firenze 64* promotionem
[c] assumptionum *Firenze 64* assumptionem
[d] dimitti *Berlin 516, München 8482* admitti

## 27.

IUDICES TENENTUR SEQUI FORMAM LITTERARUM[a].

Item voluit, statuit et ordinavit idem dominus noster[b], quod iudices in Romana curia pro tempore deputati, etiamsi[c] sint sancte Romane ecclesie cardinales, causarum Palatii apostolici auditores[d] vel alii quicumque[e], non iuxta supplicationum signatarum super quibusvis impetrationibus vel concessionibus, nisi sint[f] commissiones iustitiam concernentes[g] per „Placet" vel per sancte Romane ecclesie vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signate, sed iuxta litterarum super eisdem impetrationibus et concessionibus[h] confectarum tenores et formas iudicare[i] debent et, si littere ipse minus[j] bene per preoccupationes vel alias expedite reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam[k] ad apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius officiales, quibus huiusmodi tenores et formas perstringere convenit[l], ad formas debitas reducende.

---

[a] Iudices – litterarum *Sevilla 7*
[b] idem - noster *fehlt Berlin 516*
[c] etiamsi *München 8482* etiam
[d] auditores *München 8482* auctoritates
[e] quicumque *Berlin 861, München 8482* quecumque
[f] sint *fehlt Sevilla 7*
[g] concernentes *Berlin 516, Greifswald 18, München 8482, Padova 64, Sevilla 7* continentes
[h] *Firenze 64 folgt* factarum
[i] iudicare *Greifswald 18* indicare
[j] minus *München 8482* unius*; Sevilla 7* cuius
[k] instantiam *München 8482* iustitiam
[l] *Firenze 64* tenuerint

## 28.

QUALITER REGULE DEBENT PROBARI[a].

Item attendens idem dominus noster, quod super habendis de Cancellaria apostolica regulis[b] et constitutionibus inibi descriptis faciliter per illos, qui in Romana curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec[c] consultum foret, quod super earundem regularum et constitutionum, quas iuxta occurrentium varietatem[d] causarum et negotiorum aliquotiens immutari[e] convenit, probando tenore vel effectu testium plerumque tenacem[f] desuper memoriam non habentium depositionibus[g] stari deberet, voluit, statuit et ordinavit, quod deinceps quilibet ex auditoribus[h] causarum Palatii apostolici et aliis, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales sint, in ipsa curia[i] pro tempore deputatis auctoritate apostolica iudicibus etiam in causis actu pendentibus[j] super huiusmodi tenore vel effectu probando

dumtaxat[k] stet fidemque adhibeat cedule sive scripture desuper a[l] duobus litterarum apostolicarum abbreviatoribus in ipsa Cancellaria, ut moris est, auscultate et domini vicecancellarii seu dictam[m] Cancellariam[n] regentis manu subscripte. Quidquid autem secus fieri[o] contigerit, nullius sit roboris vel momenti.

---

[a] Qualiter - probari *Sevilla 7, dort marginal neben dem Regeltext* Qualiter debeant probari regule
[b] regulis *München 8482* clausulis
[c] nec *Berlin 516, München 8482, Padova 64* ne
[d] varietatem *Sevilla 7* veritatem
[e] immutari *Berlin 516, Sevilla 7* imitari*; München 8482* imittari
[f] tenacem *Padova 64, Sevilla 7* tenorem
[g] depositionibus *Firenze 64* dispositionibus
[h] ex auditoribus *Sevilla 7* auditoris
[i] curia *Padova 64* Camera
[j] in causis - pendentibus *Sevilla 7* acta ex causis penden(tia)
[k] dumtaxat *fehlt Augsburg 153*
[l] a *fehlt München 8482*
[m] dictam *fehlt Firenze 64, Padova 64 Berlin 516* dicta
[n] *Padova 64 folgt* apostolicam
[o] secus fieri *München 8482* cecus fierit in

## 29.

GRATIAM ETIAM MOTU PROPRIO FACTAM DE BENEFICIIS VACANTIBUS PER PROMOTIONEM FUTURAM EST[a].

Item prefatus dominus noster voluit, statuit et ordinavit, quod quecumque concessionum gratie et mandata, etiam motu proprio et cum derogatione huius constitutionis, que ab eo pro quibuscumque personis emanaverint de providendo eis de quibusvis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque ad ecclesiarum et monasteriorum regimina[b], si huiusmodi concessiones et mandata diem promotionis promovendorum ipsorum precesserint[c], cum inde secutis pro tempore sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti.

---

[a] Gratia – est *Sevilla 7, am Rand von 2. Hand. Es folgt von gleicher Hand* Ista regula invane (?) / Io. Emderbach in ‹causa› / contra eum mota per / Heymannum de U(nna) / qui mortuus est n. (?) / dum curia ibi era? / prebenda Ratisponen. / vacaverat per promo- / tionem*; vgl. RG 8/2 S. 56 Heymannus de Unna.*
[b] regimina *Sevilla 7* regularium
[c] predecesserint *Padova 64* predecessorum*; Sevilla 7* processerint

## 30.

NULLI DETUR IN PREIUDICIUM DISPENSATIO IN GRATIIS[a].

Item voluit, statuit et ordinavit, quod[b] in quibuscumque expectativis gratiis nulli detur dispensatio, nisi dumtaxat ad effectum gratie huiusmodi, ne[c] post datam gratie ipsius minus canonice gesta vel facta per anticipationem date[d] in alicui[e] iuris preiudicium validentur et,

si qua alia dispensatio in litteris super huiusmodi gratia confectis[f] contineatur, illi non stetur neque secundum eam iudicetur, sed prorsus sit irrita et inanis[g].

---

[a] Nulli - gratia *Sevilla 7, dort marginal von 2. Hand* Ne detur dispens[atio]
[b] quod *fehlt Sevilla 7*
[c] ne *Augsburg 153* nec
[d] date *Padova 64* dare*; Sevilla 7* dari
[e] anticipationem - alicui *Berlin 516* preoccupationem date in aliem (!)
[f] confectis *München 8482* effectis
[g] sed - inanis *fehlt Padova 64* etc.

## 31.

DE SURROGATIONE, QUOD INFRA MENSEM NON DETUR NOVUS COLLITIGANS[a].

Item idem dominus noster litium succidere[b] cupiens anfractus et, ne novi[c] dentur collitigantibus adversarii, providere voluit, statuit et ordinavit, quod quotiens deinceps aliquem super quovis ecclesiastico beneficio collitigantem in iure vel ad ius, si[d] quid[e] forsitan eius adversario in dicto beneficio competierit, surrogari concesserit, dummodo prefatus collitigans in ipso beneficio intrusus non sit nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud[f] per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit, aliorum quorumlibet de premisso iure, sive[g] tunc[h] vacet vel cum vacaverit, impetrationes infra mensem ante concessionem huiusmodi facte nullius sint roboris vel momenti.

---

[a] De - collitigans *Sevilla 7, dort marginal von 2. Hand neben dem Regeltext* Regula surrogat[ionis]
[b] succidere *Berlin 516, München 8482, Sevilla 7* succindere
[c] novi *Sevilla 7* novis
[d] si *Sevilla 7* sic
[e] quid *Greifswald 18, München 8482, Padova 64, Sevilla 7* quod
[f] illud *fehlt Greifswald 18*
[g] sive *fehlt Greifswald 18*
[h] tunc *Greifswald 18* cum

## 32.

DE TEMPORE DEVENIEN(T)E / NOCTINE/MORIRE SIT VACAN(TIBUS) / AD PAPAM ET PROVI / SION(EM) FACTIS[a].

Item voluit et ordinavit, quod omnes gratie, quas de quibusvis ecclesiasticis beneficiis cum cura vel sine cura secularibus ac regularibus[b] per obitum quarumcumque personarum vacantibus in antea fecerit[c], nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum et ante datam gratiarum[d] huiusmodi tantum tempus effluxerit[e], quod interim vacationes ipse de locis[f], in quibus dicte persone decesserint, ad eiusdem[g] domini nostri notitiam verisimiliter potuerint pervenisse.

[a] De - factis *Sevilla 7, von 2. Hand; Padova 64* [...] impetrant / b(e)n(efici)a inter presto ante / tempus
[b] ac regularibus *fehlt München 8482*
[c] fecerit *Sevilla 7* fuerit
[d] dat(am) *gratiarum Padova 64* datam gratiam
[e] effluxerit *Berlin 516* affluxerit*; München 8482* afflixerit (!)
[f] *Firenze 64* debitis
[g] eiusdem *Firenze 64* eius

**33.**

SUPER BENEFICIIS: DE COMMISSIONIBUS CAUSARUM LITTERIS NON EXPEDITIS[a].

Item, quod omnes et singule causarum commissiones, quas in antea fieri contigerit, obtentu vel occasione concessionum dumtaxat apostolicarum de beneficiis ecclesiasticis gratiarum, super quibus apostolice littere confecte non fuerint, ac processus desuper habendi[b] nullius sint roboris vel momenti.

[a] Super - expeditis *Sevilla 7, dort marginal neben dem Regeltext, von 2. Hand* concessiones et processus [...] super beneficiis impetratis non primo expeditis litteris sunt nullius valoris
[b] habendi *Sevilla 7* huiusmodi

**34.**

DE IMPETRATIONIBUS FAMILIARIUM CARDINALIUM[a].

Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius cardinalis teneatur exprimere nomen et titulum ipsius cardinalis[b] et, si ille in curia fuerit, eius ad id accedat assensus, alias[c] desuper gratia sit nulla. Et idem servari voluit, etiamsi dicti familiares ipsorum cardinalium familiares[d] esse desierint seu ad aliorum cardinalium[e] familiaritatem similem transierint, quoad beneficia, que durante[f] familiaritate priori obtinuerunt et[g] in quibus ipsa priori familiaritate[h] durante ius eis competiit, ita quod quoad illa, cardinales, quorum familiares prius fuerunt, suum habebunt adhibere consensum.

[a] De - cardinalium *Sevilla 7*
[b] teneatur - cardinalis *fehlt Berlin 516, München 8482*
[c] alias *Padova 64* alicuius
[d] ipsorum - familiares *fehlt Augsburg 153*
[e] familiares esse - cardinalium *fehlt Sevilla 7*
[f] durante *Padova 64* due ante
[g] et *fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7*
[h] priori obtinuerunt - familiaritate *fehlt Berlin 516, München 8482*

**35.**

SIGNATURA PER „FIAT“ PREFERETUR PER „CONCESSUM[a]“.

Item voluit, quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio[b] per „Fiat" et per „Concessum" signaturis ex[c] eis per „Fiat" habens[d] alteri preferatur.

---

[a] Signatura - concessum *Sevilla 7*
[b] super - beneficio *fehlt Greifswald 18*
[c] ex *fehlt Sevilla 7*
[d] habens *fehlt Sevilla 7*

**36.**

DE POSSESSORIBUS[a].

Item idem dominus noster, ut improbi lites[b] exquirentium[c] motus reprimantur, voluit, statuit et ordinavit, quod quicumque ecclesiasticum beneficium tunc[d] per annuum immediate precedentem[e] pacifice possessum et quod certo modo vacare pretendit[f] et deinceps impetraverit, nomen, gradum et nobilitatem possessoris eiusdem et quot[g] annis[h] illud[i] ipse[j] possedit et specificam[k] et determinatam, ex qua clare constare poterit, quod nullum ipsi possessori[l] in dicto beneficio ius competat, causam huiusmodi impetrationis exprimere et ex[m] tunc infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium evocari facere causamque desuper infra annum usque ad diffinitivam sententiam inclusive prosequi debeat et teneatur, alioquin impetratio predicta et quecumque inde secuta nullius existant firmitatis. Et idem impetrans de damnis et interesse possessorem predictum propterea[n] contingentibus[o] ei satisfacere et, si[p] possessorem ipsum iniuste, frivole ac indebite molestasse repertus extiterit, quinquaginta[q] florenos auri persolvere[r] Camere apostolice[s] sit astrictus, nec[t] alius quam premisse vacationis modus etiam per litteras „Si neutri[u]" aut surrogationis vel alias sibi quoad hoc, ut[v] huiusmodi beneficium ea[w] vice consequi vel obtinere valeat, quomodolibet suffragetur illudque[x] nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur.

---

[a] De possessoribus *Sevilla 7, dort marginal neben dem Regeltext, von 2. Hand* De impetrationibus beneficiorum possessorum
[b] improbi lites *Greifswald 18* improbitates
[c] exquirentium *Padova 64* requirentium
[d] tunc *fehlt Sevilla 7*
[e] precedentem *Berlin 516* sequentem
[f] pretendit *Augsburg 153, Berlin 516* prendit*; Greifswald 18* previdit
[g] *Firenze 64* quod*; Berlin 516* quedam*; München 8482* quod
[h] annis *München 8482* annus
[i] illud *fehlt Sevilla 7*
[j] ipse *fehlt Greifswald 18*
[k] specificam *Augsburg 153, Padova 64, Sevilla 7* pacificam
[l] possessori *Padova 64* possessioni
[m] ex *fehlt Firenze 64, Sevilla 7*
[n] propterea *Sevilla 7* preterea
[o] contingentibus *fehlt München 8482*
[p] si *Padova 64* in

[q] quinquaginta *Firenze 64* L
[r] persolvere *München 8482* pro solutione
[s] persolvere - apostolice *Sevilla 7* de Camera apostolica persolvere
[t] nec *Greifswald 18* vel
[u] Si neutri *München 8482* fuerint
[v] ut *Firenze 64* et
[w] ea *fehlt München 8482; Sevilla 7* de
[x] *Firenze 64* aliudque

## 37.

PRO POSSESSORE TRIENNALI[a].

Item statuit et ordinavit idem dominus noster, quod[b] quicumque[c] quecumque ecclesiastica beneficia[d], qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu ex apostolica vel ordinaria collatione aut electione et electionis[e] huiusmodi confirmatione seu presentatione et institutione[f] illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio et provisio, electio[g], presentatio seu quevis alia dispositio pertinet, per triennium possederint, dummodo in beneficiis huiusmodi, si dispositioni apostolice ex aliqua reservatione generali[h] in[i] corpore iuris clausa reservata[j] fuerint, se[k] non intruserint et cause super ipsis beneficiis contra[l] eos[m] ab anno proxime transacto prosecute[n] non fuerint, super eisdem beneficiis taliter[o] possessis nequeant[p] molestari[q] nec non impetrationes quaslibet de beneficiis ipsis sic possessis factas irritas et inanes censeri debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

[a] Pro - triennali *Sevilla 7 von 2. Hand*
[b] quod *fehlt Sevilla 7*
[c] quicumque *fehlt Berlin 516, München 8482, Padova 64, Sevilla 7*
[d] *Padova 64 folgt* etiam*; Sevilla 7 folgt* et
[e] et electionis *fehlt Padova 64*
[f] presentatione et institutione *Berlin 516* e constitutione
[g] electio *fehlt Padova 64*
[h] generali *fehlt Firenze 64; Padova 64* generaliter
[i] in *fehlt Padova 64*
[j] reservata *Firenze 64* reservatis
[k] se *Padova 64* seu*; München 8482* si
[l] contra *fehlt Padova 64*
[m] eos *fehlt Sevilla 7*
[n] transacto prosecute *Padova 64* transactorum secute
[o] taliter *fehlt Sevilla 7*
[p] nequeant *Berlin 516, München 8482* nec ante
[q] molestari *fehlt Sevilla 7; Greifswald 18* molestare

## 38.

DE RESIGNATIONE IN ET EXTRA[a].

Item idem dominus noster statuit[b] et ordinavit, quod quecumque beneficia ecclesiastica sive in Romana curia sive extra eam resignata, nisi de illis facte resignationes, si[c] in Ro-

mana curia[d], infra sex menses et[e], si extra dictam curiam facte sint, infra mensem[f] ex tunc, ubi ipsa beneficia consistunt, publicate[g] et possessio[h] illorum ab eis, quos id contingit, petita fuerit, si[i] resignantes[j] illa postmodum in eorundem resignatorum possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur[k], collationes quoque de illis tamquam per resignationes vacantibus facte et inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

---

[a] De - extra *Sevilla 7 marginal von 2. Hand*
[b] *Greifswald 18 folgt* decrevit
[c] si *fehlt Padova 64*
[d] sive extra - curia *fehlt Greifswald 18*
[e] et *fehlt Firenze 64*
[f] infra mensem *Sevilla 7* decem menses
[g] publicate *Firenze 64* publice*; Greifswald 18* publicam
[h] possessio *Greifswald 18* expressio
[i] si *fehlt Berlin 516, München 8482*
[j] resignantes *Padova 64* resignatio
[k] censeantur *Padova 64* censeatur

**39.**

NULLI LICEAT APPELLARE ANTE SENTENTIAM DIFFINITIVAM[a].

Item idem dominus noster, ut litibus celerius finis imponatur et litigantium parcatur sumptibus et expensis, suorum predecessorum constitutionibus et statutis inherendo statuit et ordinavit, quod in causis in Romana[b] curia pendentibus[c] et quas in posterum in ea[d] quovis modo contigerit agitari[e], nulli ante diffinitivam sententiam liceat appellare nec[f] appellatio, si fuerit emissa[g], debeat admitti, nisi ab[h] interlocutoria, que[i] vim habeat[j] diffinitive, vel a gravamine[k] minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem a diffinitiva sententia[l] reparari, nulleque cause appellationum[m] huiusmodi committantur, nisi in commissione[n] exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitive habeat, vel gravamen at[o] tale, quod in appellatione a diffinitiva non valeat reparari, alioquin[p] appellationes et commissiones[q] in posterum et, quidquid inde secutum fuerit, sint nullius[r] roboris vel momenti - commissionibus appellationum iam[s] iudicibus presentatis et exhibitis in suo robore permansuris, in quibus latis super eisdem sententiis secundo vel ulterius[t] ab eis non liceat appellare. Appellantes vero et[u] appellationes[v] etiam ab interlocutoriis et gravaminibus huiusmodi suo vel alterius nomine prosequentes[w], si succubuerint, ultra expensas et damna, ad que[x] resarcienda de iure condemnatus compellitur, viginti[y] florenorum auri pena multe‹n›tur.

---

[a] Nulli - diffinitivam *Sevilla 7*

[b] Romana *fehlt Padova 64*
[c] pendentibus *München 8482* petentibus
[d] in posterum in ea *Firenze 64* in ea postmodum
[e] agitari *Padova 64* attemp(ta)ri
[f] appellare nec *Sevilla 7* appellari nam
[g] emissa *Firenze 64* admissa
[h] ab *fehlt Padova 64*
[i] que *fehlt München 8482*
[j] habeat *fehlt Augsburg 153*
[k] a gravamine *Padova 64* aggravative
[l] sententia *Padova 64* sive
[m] appellationum *Sevilla 7* per appellationem
[n] commissione *Greifswald 18* concessione*; Padova 64* questione*; Sevilla 7* constitutione
[o] at *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, München 8482* ac*; Padova 64* sit*; Sevilla 7 unleserlich*
[p] *Greifswald 18 folgt* huiusmodi
[q] commissiones *Sevilla 7* constitutiones
[r] nullius *Padova 64* ullius
[s] iam *Firenze 64* tam
[t] ulterius *Padova 64* alterius
[u] Appellantes - et *fehlt Padova 64*
[v] et appellationes *fehlt Sevilla 7*
[w] prosequentes *Sevilla 7* prosequentis
[x] ad que *München 8482* atque
[y] viginti *München 8482, Padova 64, Sevilla 7* XX

## 40.

Item statuit et[a] ordinavit, quod in commissionibus de[b] iustitia, etiam[c] consistorialibus[d], per eum seu de eius mandato vel auctoritate in causis, in quibus conclusum[e] existat, in posterum concedendis[f], etiamsi in eis de[g] conclusione huiusmodi implicite vel explicite mentio facta fuerit, nihil censeatur esse[h] concessum, nisi per concessionem[i] commissionis[j] huiusmodi[k] conclusioni derogetur expresse.

[a] *Greifswald 18 folgt* decrevit et
[b] de *Augsburg 153* in
[c] etiam *Sevilla 7* ex
[d] consistorialibus *Padova 64* constitutionibus
[e] conclusum *Padova 64* conclusionis
[f] concedendis *München 8482* concedendum*; Padova 64* concesi *(!); Sevilla 7* concessi
[g] in eis de *Greifswald 18* de eis in*;* eis de *fehlt Firenze 64*
[h] esse *Firenze 64* etiam*; Sevilla 7 folgt* conclusum seu
[i] concessionem *Padova 64* constitutionem
[j] commissionis *München 8482* concessionis
[k] huiusmodi *fehlt Firenze 64*

## 41.

DE SALARIO ABBREVIATORUM[a].

Item idem dominus noster universorum[b] litteras apostolicas procurantium expediri indemnitatibus consulere disponens voluit, statuit et ordinavit, quod sub excommunicationis[c]

pena nullus[d] abbreviatorum litterarum[e] earundem ratione cuiusvis distributionis sibi facte pro minuta de uno ultra XII[f] et de[g] duobus vel pluribus beneficiis vacantibus seu certo modo[h] vel alias iuxta formas expectativarum gratiarum vacaturis[i] ultra quattuordecim[j] ac de dignitate maiori vel principali nec non[k] simplicibus surrogationibus et „Si neutri“ similiter quattuordecim[l] et[m], etiamsi[n] surrogationes ac „Si neutri“ huiusmodi longas narrationes habeant, ultra XX[o] et pro dispensationibus vel indultis quoad effectum gratiarum dumtaxat ultra duos[p] grossos papales quomodolibet[q] recipiat et, si secus[r] egerit, ex tunc[s] infra[t] triduum personis singulis, a[u] quibus plus receperit, et illas interim commode[v] reperiri[w] poterit, restituere, alioquin Christi pauperibus elargiri duplum inde teneatur, et alias[x], prout eius excessus desuper exegerit, quemadmodum ipsi domino nostro visum fuerit propterea puniendus.

---

[a] De - abbreviatorum *Sevilla 7*
[b] universorum *Sevilla 7* universas
[c] excommunicationis *Padova 64* exquisitionis
[d] nullus *Padova 64* nullius
[e] litterarum *fehlt München 8482*
[f] XII *Augsburg 153, Berlin 516, Greifswald 18* duodecim*; München 8482, Sevilla 7* XXII
[g] de *fehlt Augsburg 153*
[h] *Greifswald 18 folgt* vacaturis
[i] vacaturis *Firenze 64, München 8482* vacaturum
[j] quattuordecim *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7* XIIII
[k] non *fehlt Berlin 516*
[l] quattuordecim *Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7* XIIII
[m] ac - et *fehlt Sevilla 7*
[n] etiamsi *Berlin 516, München 8482* etiam
[o] XX *Augsburg 153, Berlin 516, Padova 64* viginti
[p] duos *Sevilla 7* II
[q] quomodolibet *Firenze 64* quolibet
[r] secus *München 8482* cecus
[s] ex tunc *Padova 64* extra
[t] infra *München 8482* extra
[u] a *fehlt Sevilla 7*
[v] commode *München 8482* quo modo*; Berlin 516* quo
[w] reperiri *Berlin 516, München 8482* recipere
[x] teneatur - alias *Padova 64* teneantur etiam illas

## De expediendis litteris[a]

---

[a] De - litteris *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18; Sevilla 7 folgt* apostolicis

## 42.

Item in primis idem dominus noster voluit, quod, si petatur, ne quis amoveri possit a beneficio, a quo alias ad nutum revocabilis[a] esset, littere quoad hoc nullatenus expediantur, nisi desuper ad partem vel alias signatura specialis habeatur.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] revocabilis *Greifswald 18* revocabilem

## 43.

DE CLERICIS IN RESIGNATIONIBUS[a].

Item, si committatur alicui beneficii resignationis receptio, ponatur clausula „Attente quoque provideas[b]“ etc. et, si[c] ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula[d] „Quod[e] neuter permutantium ius acquiratur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum taliter resignato“.

[a] De - resignationibus *Sevilla 7*
[b] quoque provideas *Sevilla 7* quod provideantur
[c] et si *Berlin 516* etiamsi
[d] clausula *fehlt München 8482*
[e] *Berlin 516, München 8482 folgt* si

## 44.

Item voluit, quod[a], si petantur[b] suppleri defectus in genere, nullatenus littera desuper concedatur[c], nisi in petitione[d] huiusmodi desuper[e] defectus exprimantur vel per „Fiat, ut petitur“ supplicatio signata fuerit.

[a] Item - quod *Sevilla 7* vel *(in direktem Anschluss an* resignato *von Nr. 42)*
[b] petantur *München 8482* petatur
[c] concedatur *München 8482* contineatur
[d] in petitione *Firenze 64* impetrantibus
[e] desuper *fehlt Padova 64*

## 45.

QUANDO EXPEDIANTUR LITTERE DE IURE PATRONATUS[a].

Item voluit, quod super quovis beneficio ecclesiastico de iure patronatus laicorum non expediantur littere, nisi[b] ponatur expresse, quod tale beneficium tanto tempore vacavit, quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, vel ad id patronorum accedat assensus et, si per[c] ipsum iuri patronatus huiusmodi derogari[d] contigerit[e], si ius huiusmodi[f] ad aliquem regem, ducem, marchionem vel alium principem pertineat et[g] de hoc in litteris[h] provisionis vel mandati de providendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit[i], non[j] censeatur[k] iuri[l] huiusmodi fore quomodolibet derogatum.

[a] Quando – patronatus *Sevilla 7*
[b] nisi *fehlt Firenze 64*
[c] per *fehlt Firenze 64*

[d] derogari *Sevilla 7* denegari
[e] derogari contigerit *fehlt Padova 64*
[f] ius huiusmodi *fehlt Padova 64*
[g] et *fehlt Padova 64*
[h] litteris *Sevilla 7* iure
[i] *München 8482 fehlt* non fuerit
[j] non *fehlt Sevilla 7*
[k] censeatur *Greifswald 18* testatur
[l] iuri *fehlt Sevilla 7*

## 46.

DE COMMENDA IN SIGNATURA ..ETE.A[a].

Item voluit, quod nulli seculari de regulari et religioso de seculari beneficiis[b] commenda detur, nisi in signatura super petitione commende huiusmodi de commenda ipsa mentio[c] fiat.

[a] De - ..ete.a *Sevilla 7*
[b] beneficiis *Berlin 516, München 8482, Sevilla 7* beneficio
[c] de commenda - mentio *Sevilla 7* responsio

## 47.

[LITTERE] SUB[a] PRIMA DATA NON EXPEDIANTUR IN PREIUDICIUM[b].

Item, quod super quibuscumque reformationibus signatis super impetrationibus quorumcumque beneficiorum vacantium vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod littere sub[c] prima data expediri possint, si ex huiusmodi expeditione sub tali data[d] cuiquam videatur[e] fieri posse preiudicium, littere sub[f] ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per verba „Fiat[g] et sub prima data“ signate fuerint.

[a] sub *Sevilla 7* super
[b] Littere - preiudicium *Sevilla 7*
[c] sub *Padova 64* in*; Sevilla 7* super
[d] expediri - data *fehlt Padova 64*
[e] videatur *Greifswald 18* provideatur
[f] sub *Berlin 516* super
[g] verba Fiat *Augsburg 153* verbum

## 48.

Item voluit et ordinavit, quod super resignatione[a] cuiuscumque beneficii ecclesiastici seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis vel in Cancellaria apostolica fieri contigerit, apostolice littere nullatenus expediantur, nisi[b] resignans vel cedens[c], si[d] presens in Romana curia fuerit, personaliter, alioquin per[e] procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter[f] constitutum expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria[g] expresse consenserit et iuraverit,

ut est moris, nec littere resignationis[h] vel assignationis[i] etiam motu proprio cuiusvis pensionis annue super alicuius beneficii fructibus[j] expediri possint, nisi de consensu illius, qui dictam pensionem persolvere tunc habebit.

---

[a] resignatione *Berlin 516* reformationibus
[b] expediantur nisi *Padova 64* expeditur si
[c] vel cedens *fehlt Firenze 64; Berlin 516* sedens
[d] si *fehlt Berlin 516, München 8482*
[e] per *fehlt Padova 64*
[f] specialiter *fehlt Sevilla 7; München 8482* similiter
[g] Cancellaria *Berlin 516, München 8482, Padova 64* curia
[h] resignationis *Berlin 516, München 8482* reservationis*; Greifswald 18* reservationum
[i] assignationis *Berlin 516* asservationis
[j] fructibus *Padova 64* presentibus

## 49.

Item[a], quod non dentur littere[b] super beneficiis vacaturis[c] per ingressum religionis, nisi ille precesserit[d] datam desuper petitionis.

---

[a] *Sevilla 7 folgt* voluit, statuit et ordi[navit]
[b] littere *fehlt Padova 64*
[c] vacaturis *fehlt Berlin 516*
[d] precesserit *Sevilla 7* proc[esserit]*; München 8482 folgt* nisi

## 50.

NON VALET IMPETRATIO [...] EXPRIMEND(UM)[a].

Item voluit, quod, si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria apostolica[b] exprimendum, talis[c] impetratio non valeat nec littere desuper expediantur.

---

[a] Non – exprimend(um) *Sevilla 7*
[b] Cancellaria apostolica *Padova 64* curia
[c] talis *fehlt Sevilla 7; Firenze 64* tunc

## 51.

Item voluit, statuit et ordinavit, quod, quotienscumque per signaturam suam vel de eius mandato factam super exequendis aliquibus cum adiectione proprii nominis vel dignitatis cuiusvis iudex detur, littere desuper expediantur cum expressione, quod idem iudex executionem huiusmodi faciat per se ipsum[a].

---

[a] *Firenze 64 folgt* Item voluit, statuit et ordinavit, quod quotienscumque per signaturam

## De dispensationibus[a]

[a] De dispensationibus *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, Sevilla 7*

**52.**

Item voluit, quod in litteris dispensationum super aliquo gradu[a] consanguinitatis vel affinitatis aut alias prohibito ponatur[b] clausula „Si mulier rapta non fuerit“ et, si scienter, ponatur clausula addita in quaterno[c] Cancellarie[d].

[a] gradu *fehlt Sevilla 7*
[b] *Firenze 64 folgt* cum
[c] quaterno *Firenze 64* quinterno
[d] Cancellarie *fehlt Augsburg 153, Berlin 516, Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7; Padova 64* etc.

**53.**

Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis[a] temporalibus, ponatur clausula „Quod non preiudicetur illis, ad quos successio bonorum[b] ab intestato[c] pertinere debeat“.

[a] bonis *Padova 64* temporibus
[b] bonorum *fehlt Berlin 516*
[c] bonorum ab intestato *fehlt Padova 64*

**54.**

Item, quod[a] per quamcumque signaturam[b] in quavis gratia nullatenus[c] dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter[d] effectum dispensationis huiusmodi concernat vel alias nihil conferret aut operaretur, et, si[e] super defectu etatis sit[f], dispensatio huiusmodi de duobus dumtaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos vel alias informatione[g] quoad hoc de[h] idoneitate persone[i], cui dicta dispensatio concedetur.

[a] quod *fehlt Greifswald 18*
[b] per - signaturam *Padova 64* quicumque signatura
[c] nullatenus *Padova 64* ullatenus
[d] totaliter *Padova 64* tollatur *(?)*
[e] si *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[f] sit *Padova 64* si
[g] informatione *fehlt Sevilla 7*
[h] de *fehlt München 8482*
[i] persone *fehlt Firenze 64*

**55.**

DE GRADUATIS[a].

Item voluit, quod super defectu natalium dentur graduatis seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam[b] quattuor[c], etiamsi[d] canonicatus et prebende[e] cathedralium seu collegiatarum ecclesiarum, et per „Fiat, ut petitur“ ultra hoc dignitates etiam maiores et principales[f]; aliis vero per „Fiat“ tria et per „Fiat[g], ut petitur“ quattuor[h], si petantur[i], dummodo canonicatus et prebende cathedralium ecclesiarum vel dignitates non existant.

---

[a] De graduatis *Sevilla 7*
[b] signaturam *fehlt Greifswald 18*
[c] quattuor *Firenze 64* IIII
[d] etiam si *Padova 64* ecclesiasticis si
[e] et prebende *fehlt Berlin 516, München 8482*
[f] principales *Sevilla 7* parochiales
[g] tria et per Fiat *fehlt Padova 64, Sevilla 7*
[h] quattuor *Padova 64* IIII
[i] si petantur *fehlt Greifswald 18*

## 56.

[De incompatibilibus beneficiis][a].

Item voluit, quod super obtinendis incompatibilibus beneficiis in theologia magistris, in iure canonico vel civili doctoribus et in illis cum rigore[b] examinis ac eadem theologia licentiatis aut formatis baccalariis aut magnis[c] nobilibus per „Fiat“ quinquennium et addito „Ut petitur“, quoad[d] vixerit, ad duo incompatibilia[e]; aliis vero per „Fiat“ biennium[f] et addito „Ut petitur“ triennium ad duo, dummodo non sint due dignitates maiores post pontificales seu principales aut due[g] parochiales ecclesie[h] vel tales mixtim, cum potestate[i] permutandi, si petatur.

---

[a] De – beneficiis *Sevilla 7*
[b] rigore *Greifswald 18* vigore
[c] magnis *Greifswald 18* magistris
[d] quoad *Berlin 516* quod
[e] incompatibilia *Padova 64* compatibilia
[f] et addito ut - biennium *fehlt Greifswald 18*
[g] principales aut due *fehlt München 8482*
[h] ecclesie *fehlt Greifswald 18*
[i] potestate *München 8482, Padova 64* presentate

## 57.

Non detur dispensatio ad duas parochiales ecclesias[a].

Item voluit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam deinceps faciendam nulli, cuiusvis[b] dignitatis, status, gradus[c] vel conditionis fuerit, detur dispensatio, quod duas parochiales ecclesias vel dignitates maiores post pontificales[d] in cathedralibus seu principales[e] in collegiatis ecclesiis vel unam cum reliqua earum insimul retinere valeat, nisi eccle-

sie parochiales adeo contigue et invicem propinque sint, quod ipsis per unum commode deserviri[f] possit, illarumque fructus etc.[g] insimul ultra[h] XXIIII[i] florenos auri[j] de Camera secundum communem extimationem non[k] valeant annuatim et de hoc in litteris dispensationis[l] huiusmodi expressa mentio[m] fiat, vel[n] nisi super obtinendis duabus ex[o] huiusmodi dignitatibus seu parochialibus ecclesiis insimul pro magnis nobilibus, magistris vel baccalariis formatis in theologia aut doctoribus seu licentiatis in altero iurium per verba „Dispensamus de speciali" sufficiens signatura habeatur et super ipsis parochialibus ecclesiis in huiusmodi signatura de parochialibus mentio fiat, alioquin, si per[p] preoccupationem[q] vel alias littere super[r] tali dispensatione confecte reperiantur, ille nullius sint roboris vel momenti. Et similiter in dispensationum ad incompatibilia prorogationibus observetur.

---

[a] Non - ecclesias *Sevilla 7*
[b] cuiusvis *fehlt München 8482*
[c] *Padova 64 folgt* ordinis
[d] post pontificales *fehlt München 8482*
[e] in - principales *fehlt Berlin 516, Padova 64*
[f] deserviri *Berlin 516, München 8482, Padova 64* deservire*; Sevilla 7* restaiari *(?)*
[g] etc. *Sevilla 7* ecclesi[e]
[h] ultra *Berlin 516* infra
[i] XXIIII *Augsburg 153* viginti quattuor*; Greifswald 18* viginti 4[or]
[j] auri *fehlt Berlin 516, München 8482*
[k] non *fehlt Padova 64*
[l] dispensationis *Greifswald 18, Padova 64, Sevilla 7* dispensationum
[m] *Greifswald 18 folgt* non
[n] vel *fehlt Berlin 516, Greifswald 18*
[o] ex *fehlt Sevilla 7*
[p] per *Greifswald 18* s(upe)r
[q] preoccupationem *München 8482, Sevilla 7* occupationem
[r] super *fehlt Padova 64*

## 58.

Item, cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcumque quibusvis per ipsum dominum nostrum concessarum vel concedendarum per regulas Cancellarie apostolice[a] sint provide[b] limitate, licet[c] aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus[d] oblatis multa[e] sint petita, ne quis pretextu talium concessionum[f] id[g] dispensative tenere[h] aut facere presumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extendunt[i], voluit idem dominus noster, quod nulla talis dispensatio cuiquam suffragetur, antequam super ea apostolice littere sint confecte.

---

[a] apostolice *fehlt Firenze 64*
[b] provide *Firenze 64* perinde*; Greifswald 18* proinde
[c] licet *fehlt München 8482*
[d] super - concessionibus *fehlt Berlin 516*
[e] multa *Berlin 516, Padova 64* nulla
[f] oblatis - concessionum *fehlt Sevilla 7*

[g] quod *München 8482* nec*; Padova 64* id
[h] dispensative tenere *Sevilla 7* dispe[nsat]ionibus teneri
[i] se non extendunt *fehlt Berlin 516, München 8482*

## 59.

IN ALAMANIA [...]S DISPENSATIVE [...]IS[a].

Item prefatus dominus noster attendens[b], quod in Alamanie partibus cathedralium et collegiatarum ecclesiarum decanatibus cum animarum cura etiam[c] onus incumbit capitulo presidendi, defectus et negligentias divinorum et alios excessus corrigendi et singula in ecclesiis ipsis, ut debito ordine[d] dirigantur, disponendi et[e] ordinandi quodque[f] non absque gravi dispendio[g] ecclesiastice discipline[h] et status ecclesiarum ipsarum unus[i] tales plures decanatus obtinere possit, voluit, statuit et ordinavit idem dominus noster, quod nulla per eum vel predecessorem suum cuiquam in dictis partibus concessa vel concedenda de quibusvis dignitatibus et aliis incompatibilibus beneficiis insimul obtinendis dispensatio sibi[j] super duobus talibus decanatibus[k] insimul recipiendis et retinendis quomodolibet suffragetur, quinimo quod quilibet huiusmodi duos[l] tales decanatus[m] insimul[n] dispensative in eisdem partibus obtinens teneatur infra annum a die publicationis presentium alterum[o] ex illis pro alio[p] compatibili, ut quod talis decanatus non sit et quod dispensative obtinere possit incompatibili[q], beneficio permutare, alioquin huiusmodi anno elapso ille ex huiusmodi decanatibus, quem primo assecutus fuerit, vacare censeatur eo ipso.

[a] In - [...is] *Sevilla 7*
[b] attendens *fehlt München 8482, Sevilla 7*
[c] etiam *Berlin 516* etiamsi
[d] ordinis *Padova 64* ornare
[e] disponendi et *fehlt Sevilla 7*
[f] quodque *Sevilla 7* unumquodque
[g] dispendio *Padova 64* dispensatio*; Sevilla 7* dispensatione
[h] discipline *Padova 64* dispensative
[i] unus *Padova 64* unius
[j] sibi *fehlt Sevilla 7*
[k] decanatibus *Padova 64* de canonicatibus
[l] duos *Padova 64* duorum
[m] decanatus *Padova 64* de canonicatus
[n] insimul *fehlt Firenze 64*
[o] alterum *Greifswald 18* alicui
[p] alio *Greifswald 18* aliquo
[q] ut quod - incompatibili *fehlt Sevilla 7*

## 60.

DE BE[NEFICIIS] GRATI[ARUM EXPECTATIVARUM EXTRA NATI]ONEM[a].

Item, quod pro nullo[b] expediantur littere apostolice super expectativis gratiis, nisi ad beneficia consistentia in natione[c] illorum, quibus huiusmodi gratie concesse fuerint, vel nisi ipse dominus noster concessiones super gratiis huiusmodi signaverit per „Fiat[d] extra nationem[e]“ aut saltem illi, quibus huiusmodi gratie conceduntur, idioma loci, ad quem[f] gratie[g] ipse se extendunt, intelligant et intelligibiliter loquantur et cum hoc ibidem suam elegerint, quoad vixerint, mansionem.

---

[a] De - nationem *Sevilla 7*
[b] pro nullo *Berlin 516* nulle
[c] natione *München 8482* ratione*; Padova 64* vacatione *(?)*
[d] *Augsburg 153, Berlin 516 folgt* etiam
[e] extra nationem *fehlt Greifswald 18; Padova 64* etiam vacationi *(?);* nationem *Berlin 516* rationem
[f] quem *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18* quod
[g] concesse - gratie *fehlt München 8482*

## 61.

Item voluit, quod petentibus secum dispensari, ut[a] ratione beneficiorum non[b] teneantur se facere promoveri, in Romana curia vel[c] studio per „Fiat“ septennium, aliis vero detur quinquennium, dummodo infra annum a tempore date dispensationis huiusmodi ad subdiaconatus ordinem sint promoti.

---

[a] ut *fehlt Sevilla 7; Berlin 516* in
[b] non *fehlt Sevilla 7*
[c] vel *fehlt Padova 64*

## 62.

Item de fructibus in absentia percipiendis detur in Romana curia vel studio residendo per quamcumque signaturam septennium et alibi quinquennium.

## De indulgentiis[a]

---

[a] De - indulgentiis *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, Sevilla 7; Sevilla 7 folgt* impetrandis

## 63.

Item voluit[a], quod in litteris indulgentiarum solum[b] dentur festa per Cancellariam dari solita et quod durent per XX[c] annos, nisi petantur pro una die, et[d] tunc[e] durent perpetuo[f].

---

[a] *Sevilla 7 folgt* et ordinavit
[b] solum *fehlt Augsburg 153*
[c] XX *Greifswald 18* viginti
[d] et *fehlt Firenze 64*

[e] tunc *fehlt Sevilla 7*
[f] in *Firenze 64 folgt* vel aliis - nulle *von Nr. 63*

## 64.

Item voluit, quod in litteris indulgentiarum ponatur clausula, quod, si ecclesie seu capelle[a] vel aliis aliqua[b] indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non est[c], huiusmodi littere sint nulle.

[a] Item – capelle *fehlt Firenze 64*
[b] aliqua *fehlt Berlin 516*
[c] est *fehlt München 8482*

## 65.

Item voluit, quod littere non expediantur super indulgentiis „Ad instar", nisi specificentur.

## 66.

Item voluit, quod per „Fiat", si[a] ecclesia cathedralis[b] vel insignis[c] collegiata aut sollemne monasterium fuerit, tres, alioquin duo anni et totidem quadragene, et per „Fiat, ut petitur" cathedrali, collegiate vel monasterio quattuor[d], aliis tres anni dentur; pro singulis vero diebus octavarum centum dies apponantur; et pro capella per „Fiat" unus et per „Fiat, ut petitur" duo anni concedantur.

[a] si *fehlt Sevilla 7*
[b] cathedralis *Berlin 516* parochialis
[c] insignis *Padova 64* in singule
[d] quattuor Firenze 64 IIII

## De beneficiis vacantibus et certo modo vacaturis[a]

[a] De - vacaturis *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, Sevilla 7*

## 67.

Item voluit et ordinavit, quod in gratiis beneficialibus[a] de vacantibus[b] seu certo modo vacaturis factis[c] quibuslibet, si plura petantur beneficia, unum cuiuscumque annui valoris per simplicem signaturam, et addito „Ut petitur", duo aut tria[d] et non ultra petita beneficia veniant, dummodo etiam illorum fructus etc.[e] ultra sexaginta[f] in portatis vel centum libras Turonensium parvorum communi extimatione sive tantundem in alia moneta non valeant annuatim[g].

[a] beneficialibus *München 8482* beneficiis
[b] *Firenze 64 folgt* vacan
[c] factis *fehlt Berlin 516*
[d] aut tria *fehlt Berlin 516*
[e] illorum - etc. *fehlt Padova 64*
[f] sexaginta *München 8482, Sevilla 7* LX*; Berlin 516* XL
[g] factis - annuatim *fehlt Firenze 64*

**68.**

Item voluit, quod in gratiis, quas personis quibusvis de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis[a] fieri contigerit, illorum et aliorum quorumcumque beneficiorum, que dicte persone tunc obtinuerint seu de quibus fuerit eis[b] provisum vel concessum aut mandatum provideri, verus annuus[c] per marchas argenti[d] aut sterlingorum vel librarum Turonensium parvorum seu florenorum aut ducatorum vel unciarum auri seu alterius monete valor secundum communem extimationem exprimatur, nisi motu proprio gratie huiusmodi fiant vel persone predicte[e] beneficia, que tunc obtinerint aut in quibus vel ad que[f] ius eis[g] competierit, iuxta ipsarum oblationes vel alias dimittere teneantur, alioquin prefate gratie sint nulle[h]. Et idem servetur in expectativis de[i] beneficiis obtentis et in quibus seu ad que impetranti ius competit et illorum valore.

[a] Item – vacaturis *fehlt Firenze 64*
[b] eis *fehlt Berlin 516*
[c] annuus *Firenze 64, Greifswald 18, Padova 64* annus
[d] argenti *fehlt Firenze 64*
[e] predicte *Augsburg 153* predicta
[f] ad que *Berlin 516, München 8482* atque
[g] eis *fehlt Greifswald 18*
[h] sint nulle *München 8482* singule
[i] expectativis de *fehlt Berlin 516*

**69.**

QUANDO [CLAUSULE] PONI DEBENT IN LITTERIS VACANTIBUS[a].

Item voluit et ordinavit, quod, quando[b] providet seu mandat alicui provideri de beneficio ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt[c] clausule, si petantur, „Etiamsi illud quovis modo etc. seu[d] per constitutionem ‚Execrabilis[1]‘ vacet ac specialiter reservatum“, „Inter alios litigiosum sit et eius collatio devoluta fuerit“ et, si pro collitigante vel surrogationem[e] aut „Si neutri“ vel „Si nulli“ etc. petente sit[f], tunc specifice lis[g] exprimatur nec detur aliqua generalis reservatio dispositive, nisi desuper in concessione specialis et expressa ac pure[h] et non sub conditione mentio fiat, et tunc relique reservationes inibi contente veniant. Si vero

tempore expeditionis inde[i] litterarum generalis reservatio huiusmodi probari non possit, nisi in novis provisionibus aut pro collitigante „Si neutri“ vel „Si nulli“ etc.[j] sit expressum, quod ab aliquibus asseritur illum[k], cuius beneficium conceditur, collectorem, subcollectorem, abbreviatorem vel familiarem etc.[l] fuisse, clausula ponatur „Etiamsi dictum beneficium ex eo, quod talis collector vel subcollector, abbreviator vel familiaris etc.[m] fuit[n], dispositioni apostolice generaliter reservatum existat[o], dummodo in eo[p] non sit alicui specialiter ius quesitum“. In reliquis vero nulla[q] clausula detur, unde reservatio generalis elici[r] possit, nisi desuper signatura per duplex „Fiat“ signata sit[s] aut per reformationem[t] vel alias specialiter habeatur.

---

[1] = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

---

[a] Quando - vacantibus *Sevilla 7; BL 2825* De aliquibus clausulis in litteris dandis*; BL 2850, VL 6343* Regula super clausulis dandis in provisionibus beneficiorum
[b] quando *München 8482* quon(iam)
[c] poterunt *BL 2825, VL 6343, Paris 4172* poterint*; Firenze 64, München 8482, Padova 64* potuerunt
[d] etc. seu *Padova 64* etiamsi
[e] surrogationem *München 8482* surrogationum*; Padova 64* surroganti
[f] sit *BL 2825, VL 6343, Greifswald 18, Paris 4172, Sevilla 7* si
[g] lis *Padova 64* illud
[h] pure *Berlin 516, München 8482* iure
[i] inde *Padova 64* nisi
[j] etc. *München 8482* etiam
[k] etc. sit - illum *fehlt Padova 64*
[l] etc. *München 8482, Padova 64* etiam
[m] familiaris etc. *München 8482* familiator et etiam fiat *(!)*
[n] etc. fuit *Padova 64* etiam fuerit*;* fuit *Greifswald 18* fuerit
[o] existat *fehlt Greifswald 18*
[p] in eo *fehlt Berlin 516, München 8482*
[q] nulla *fehlt Sevilla 7*
[r] elici *fehlt BL 2850*
[s] sit *fehlt Padova 64*
[t] reformationem *Greifswald 18, Padova 64* resignationem

## 70.

DE QUALITATIBUS IN BENEFICIIS [...][a].

Item voluit, quod super beneficiis ecclesiasticis de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus vel officia sint eisque cura immineat[b] animarum et ad illa consueverint, qui per electionem assumi, mentio fiat, alias gratie desuper facte sint nulle et, si qualitates huiusmodi affirmative seu conditionaliter non[c] exprimantur, negativa desuper[d] expressio fiat in beneficiis, que tales qualitates vel ex eis aliquas consueverunt habere.

---

[a] De – [...] *Sevilla 7*
[b] immineat *Berlin 516, München 8482* emineat
[c] non *fehlt Padova 64*
[d] desuper *Sevilla 7* de qua

## 71.

Item, si reservetur[a] beneficium per[b] contractum[c] matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro nec[d] censeatur beneficium specialiter reservatum vel affectum[e], nisi sequatur matrimonium. Sed in beneficiis per promotionem vel assecutionem vacaturis ponatur clausula „Cum beneficia huiusmodi premisso[f] vel alio quovis modo etc.[g] preterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacent“ etc.

---

[a] si reservetur *Padova 64* reservavit
[b] per *fehlt München 8482*
[c] contractum *Padova 64* contrarium
[d] nec *Berlin 516* ut
[e] affectum *Berlin 516, Padova 64* effectum
[f] premisso *München 8482, Padova 64* premissa*; Sevilla 7* provisio
[g] etc. *Padova 64* etiam*; München 8482* et etiam

## 72.

DE RELIGIOSIS RE[CIPIEN]DIS [...][a].

Item voluit, quod[b], si petatur aliquem in religiosum recipi ac[c] sibi de[d] quovis beneficio ecclesiastico provideri, per simplicem signaturam „Fiat“ receptio[e] huiusmodi dumtaxat detur; adiecto[f] „Si petens sit[g] idoneus vel aliud canonicum non[h] obsistat“ et exprimatur, si[i] certus numerus regularium[j] sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expresse concedatur, et, si numerus ipse[k] non existat, ponatur „Dummodo locus receptionis huiusmodi nimium propterea non gravetur“.

---

[a] De – [...] *Sevilla 7*
[b] quod *fehlt München 8482*
[c] ac *Padova 64* aut
[d] de *fehlt Padova 64*
[e] receptio *München 8482* inceptio
[f] adiecto *Padova 64* adiecta*; Berlin 516, Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7* adiectio
[g] *Padova 64 folgt* tantus
[h] non *fehlt München 8482*
[i] si *fehlt Sevilla 7*
[j] *Padova 64 folgt* non
[k] ipse *München 8482* ipso episcopo

## 73.

DE TRANSLATIONE[a].

Item, si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio vel alio regulari loco dependente provideri et appareat ex huiusmodi petitione, quod alterius monasterii vel loci religiosus[b] sit[c], licet inibi[d] translatio non petatur, nihilominus illa veniat[e].

---

[a] De translatione *Sevilla 7*
[b] loci religiosus *Padova 64* loco religiosis
[c] religiosus sit *München 8482* religiosi sint
[d] inibi *Firenze 64* ibi
[e] veniat *Greifswald 18* vacat

**74.**

Item, quod in litteris[a] super beneficiis per constitutionem „Execrabilis[1]“ vacantibus ponatur clausula „Si est ita“; similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

---

[1] *= Johannes XXII. Nr. 67B.*

---

[a] litteris *München 8482* litterarum

**75.**

IMPETRANS VACANTIAM *(!)* DENTUR S[IBI] LITTERE[a].

Item petenti sibi provideri de vacaturo[b] dentur littere de vacante et e converso[c], prout expedierit[d] impetranti[e].

---

[a] Impetrans - littere *Sevilla 7*
[b] vacaturo *Sevilla 7* vacatura
[c] e converso *fehlt Sevilla 7; Padova 64* in quo
[d] *Firenze 64* expediat*; Padova 64* expedierint
[e] impetranti *Padova 64* impetenti etc.

**76.**

Item voluit et ordinavit, quod mandata apostolica super fructibus sequestrandis et remissionibus ad partes pro meritis causarum recipiendis, sive singulares[a] sive communes fuerint, nec non super exequendis sententiis in Romana curia latis sub bulla expediantur, alias nulla sint[b].

---

[a] singulares *München 8482* regulares
[b] alias - sint *Berlin 516* etc.

**De potestate vicecancellarii et Cancellariam apostolicam[a] regentis[b]**

---

[a] apostolicam *fehlt Sevilla 7*
[b] De – regentis *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, Sevilla 7*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**77.**

Primo, quod possit committere absolutionem eorum, qui ignoranter[a] in[b] supplicationibus vel litteris[c] aliquid[d] scriberent, corrigerent vel delerent.

---

[a] ignoranter *München 8482, Padova 64* ignorantur*; Sevilla 7* ignoraverint
[b] in *fehlt Sevilla 7*
[c] vel litteris *fehlt Greifswald 18*
[d] aliquid *fehlt Berlin 516, München 8482; Padova 64* aliquem

**78.**

Item, quod possit[a] corrigere nomina et cognomina[b] personarum ac beneficiorum[c], dum tamen[d] de corpore constet.

---

[a] *Padova 64 folgt* committere
[b] cognomina *Berlin 516* pronomina
[c] beneficiorum *München 8482* beneficia
[d] dum tamen *Sevilla 7* tamen quod

**79.**

Item, quod possit omnes causas[a] beneficiales etiam non[b] devolutas committere[c] in curia cum potestate[d] citandi[e] ad partes.

---

[a] causas *Padova 64* casus
[b] non *fehlt Padova 64*
[c] committere *Sevilla 7* ad[mitt]ere
[d] potestate *Berlin 516, München 8482, Padova 64* p(rese)ntate
[e] citandi *Berlin 516* citande*; München 8482* scitandi

**80.**

Item, quod[a] processus auctoritate apostolica decretos aggravare[b] possit cum invocatione auxilii brachii[c] secularis et sententias executioni demandari[d] facere contra[e] intrusos et[f] intrudendos per litteras[g] apostolicas desuper conficiendas et non alias[h].

---

[a] quod *fehlt Berlin 516*
[b] decretos aggravare *Sevilla 7* decretus et gravamine
[c] auxilii brachii *München 8482* aut si librarii
[d] demandari *Sevilla 7* de mandato domini*; Padova 64 folgt* etc.
[e] contra *Padova 64* contraria
[f] intrusos et *fehlt München 8482*
[g] litteras *Berlin 516, München 8482* regulas
[h] et non alias *fehlt Greifswald 18*

**81.**

Item, quod possit concedere quibusvis petentibus conservatorias[a] ad triennium in forma.

[a] conservatorias *Augsburg 153* conservatores*; Padova 64* reservationis

## 82.

Item, quod possit concedere[a] quibuslibet nobilibus[b] personis[c] petentibus indultum de celebrando et celebrari faciendo[d] ante diem et in locis interdictis et per triennium reconciliari faciendo[e] ecclesias et cimiteria polluta in forma.

[a] quod – concedere *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Greifswald 18, München 8482, Padova 64, Sevilla 7*
[b] nobilibus *Greifswald 18* notabilibus
[c] personis *fehlt Firenze 64*
[d] *Sevilla 7 folgt* in e[cclesi]as et cimiteria in forma [celebrando] prescripto
[e] *Firenze 64* facere

## 83.

Item dominis terrarum et locorum nec non[a] abbatibus et per priores[b] gubernari solitorum monasteriorum[c] prioribus ac superioribus[d] prelatis nec non magnorum principum consiliariis altare portatile in forma.

[a] non *fehlt München 8482*
[b] et per priores *Sevilla 7* prioribus
[c] monasteriorum *Sevilla 7* monasterio
[d] superioribus *Berlin 516, Padova 64* super prioribus

## 84.

Item protonotariis ac litterarum apostolicarum scriptoribus, de quibus iuxta illorum sufficientiam et idoneitatem sibi videbitur, abbreviatoribus sua officia in Romana curia pro tempore[a] exercentibus indultum de percipiendis in absentia suorum beneficiorum fructibus, etiamsi eis alias tale indultum quavis auctoritate concessum fuerit.

[a] pro tempore *fehlt Padova 64*

## 85.

Item, quod possit recipere et admittere resignationes beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet etiam[a] generaliter vel specialiter reservatorum[b] simpliciter vel ex causa permutationis et desuper supplicationes per „Concessum“ signare pro litteris apostolicis inde conficiendis, ut moris est.

[a] etiam *Berlin 516, München 8482* e

[b] reservatorum *Berlin 516* reformatorum

**86.**

Item, quod possit signare supplicationes duorum referendariorum manibus signatas de novis provisionibus, „Si neutri" et surrogationibus[a] pro collitigantibus, in quibus non detur clausula „Generalem reservationem importans".

[a] Si - surrogationibus *fehlt München 8482*

**87.**

Item, quod possit signare supplicationes[a] duorum[b] referendariorum manibus signatas[c] de beneficiis ecclesiasticis vacantibus secularibus et regularibus dispositioni apostolice generaliter non[d] reservatis, quorum cuiuslibet valor[e] centum florenorum auri de Camera vel totidem librarum Turonensium[f] parvorum seu tantundem in[g] alia moneta secundum communem extimationem non excedant.

[a] *Berlin 516 folgt* etiam
[b] duorum *fehlt Sevilla 7*
[c] signatas *Greifswald 18* signatis
[d] non *Sevilla 7* etiam
[e] valor *Augsburg 153* valet
[f] Turonensium *fehlt Firenze 64*
[g] tantundem in *fehlt Sevilla 7*

**88.**

Item, quod possit signare supplicationes unius referendarii manu[a] signatas super defectu natalium ad omnes sacros ordines et ad duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura se invicem compatientia, etiamsi canonicatus et prebende vel officia collegiatarum[b] ecclesiarum fuerint.

[a] manu *fehlt Berlin 516, München 8482*
[b] collegiatarum *fehlt Berlin 516*

**89.**

Item, quod in gratiis[a] expectativis concedere possit ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata etatis defectum patientibus, qui vicesimum[b] sue etatis annum peregerint et de quibus sibi[c], quod alias ad hoc idonei sint, fides[d] facta fuerit, quod huiusmodi eorum gratie ad ipsa beneficia, dignitates, personatus, administra-

tiones ac officia valeant suumque sortiantur effectum et quod illarum vigore, quamprimum ad etatem legitimam pervenerint, huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia acceptare[e] et de illis sibi provideri facere ac ea recipere et retinere valeant.

---

[a] gratiis *Greifswald 18* litteris
[b] vicesimum *Berlin 516, Firenze 64, München 8482* XX
[c] sibi *Augsburg 153, Padova 64* similiter*; Berlin 516, München 8482* si
[d] *Firenze 64 folgt* sibi
[e] acceptare *München 8482* attemptare

**90.**

Item, quod in expectativis pro nobilibus vel graduatis saltem viginti[a] annos habentibus et ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia[b] cum cura defectum etatis patientibus et ad illa dispensationum[c] supplicationes[d] signare possit de duobus annis.

---

[a] viginti *Berlin 516* XX
[b] dignitates - officia *fehlt Sevilla 7*
[c] dispensationum *Sevilla 7* dispensationes
[d] supplicationes *fehlt Sevilla 7*

**91.**

Item, quod in expectativis et[a] de beneficiis[b] generaliter vel[c] specialiter non[d] reservatis impetrationum quarumlibet reformationes[e] de non[f] obstantiis et[g] dispensationibus omissis[h] ac beneficiorum valoribus et qualitatibus nataliumque defectibus[i] signare possit.

---

[a] et *fehlt Padova 64*
[b] *Sevilla 7 folgt* non
[c] vel *Padova 64* et
[d] vel - non *fehlt Sevilla 7*
[e] impetrationum - reformationes *Padova 64* impetrationes quorumlibet reformationis*;* reformationes *Sevilla 7* reformationibus
[f] non *München 8482* in
[g] *Firenze 64 folgt* de
[h] omissis *Sevilla 7* dimissis
[i] defectibus *Sevilla 7* defectus

**92.**

Item, quod sufficientibus et idoneis et de quibus, quod tales sint, ei facta fides extiterit, in expectativis signare possit ad maiores ecclesiarum prebendas, in quibus iuxta illarum statuta et consuetudines de minoribus ad maiores gradatim fieri deberet ascensus[a].

[a] ascensus *Berlin 516, Firenze 64, Padova 64, sev* assensus

**93.**

Item, quod[a] possit ad[b] ordines[c] suscipiendos artatis prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus usque ad proxima tunc a iure statuta tempora, in quibus sic artati successive ad ipsos[d] ordines[e] promoveantur.

Placet de omnibus, publicentur et describantur[f] in Cancellaria apostolica[g], E‹neas›[h1].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice millesimo[i] CCCCLVIII, die quinta[j] mensis septembris pontificatus prefati[k] domini nostri domini[l] Pii[m] pape secundi[n] anno primo[2], A‹ntonius› de Racaneto[o3].

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *1458 September 5*.
[3] *Antonius Jacobi de Veneriis.*

[a] quod *fehlt Sevilla 7*
[b] ad *fehlt Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, Greifswald 18, München 8482, Padova 64, Sevilla 7*
[c] ordines *Padova 64* ad ordinationes
[d] ipsos *fehlt Sevilla 7*
[e] ordines *Padova 64* ordinationes
[f] describantur *Augsburg 153, Berlin 516, Greifswald 18, München 8482* scribantur
[g] apostolica *fehlt Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64, München 8482*
[h] E‹neas› *fehlt Berlin 516, Greifswald 18, München 8482; Padova 64* etc.
[i] millesimo *Augsburg 153, Berlin 516, Greifswald 18, Sevilla 7* M
[j] quinta *Padova 64* ultima*; Sevilla 7* decima *(?)*
[k] prefati *Berlin 516, Greifswald 18, Sevilla 7* sanctissimi*; Augsburg 153 folgt* sanctissimi
[l] domini *fehlt Augsburg 153*
[m] *Sevilla 7 folgt* divina providentia
[n] secundi *Firenze 64* II
[o] Lecte – Racaneto *fehlt München 8482;* Racaneto *fehlt Berlin 516, Greifswald 18*

## De gratiis expectativis[a]

[a] De - expectativis *Augsburg 153, Berlin 516, Firenze 64; Sevilla 7* Regule nove de gratiis expectativis

**94.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius papa secundus[a] voluit, statuit et ordinavit, quod pro nullo[b] expediantur littere apostolice super expectativis gratiis, nisi ad beneficia existentia in natione[c] illorum, quibus huiusmodi gratie concesse fuerint, aut saltem illi, quibus huiusmodi gratie[d] conceduntur, idioma[e] loci, ad quem[f] gratie ipse[g] se extendunt, intelligant et intelligibiliter loquantur et cum hoc ibidem[h] suam[i] elegerint[j], quoad vixerunt, mansionem[k].

---

[a] secundus *Firenze 64* II*; Greifswald 18, München 8482* 2[us]
[b] pro nullo *Sevilla 7* nulle
[c] natione *Sevilla 7* collatione
[d] concesse - gratie *fehlt Greifswald 18, Padova 64, Sevilla 7*
[e] idioma *Padova 64* idonea
[f] quem *Firenze 64, Greifswald 18, München 8482* quod
[g] ipse *Firenze 64* ipsi
[h] ibidem *Sevilla 7* deinde
[i] suam *fehlt Greifswald 18*
[j] suam elegerint *fehlt Padova 64*
[k] mansionem *München 8482* mentionem

## 95.

DE TAXA IN COMMUNI FORMA[a].

| Augsburg 153, Firenze 64, Padova 64. | Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7. |
|---|---|

Item idem dominus noster pauperibus clericis providere cupiens similiter voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui suas in forma, secundum quam pro[b] pauperibus clericis beneficiandis[c] scribi consuevit, de beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis litteras[d] obtinuerint, in ipsorum assecutione beneficiorum, que sine cura et non canonicatus et prebenda vel personatus fuerint, singulis[e] aliis ibidem ecclesiastica[f] beneficia[g] sub quacumque etiam maiori data per[h] litteras apostolicas expectantibus et tunc beneficia, quorum fructus etc.[i]

| | |
|---|---|
| , si in Italia, ultra quindecim[j], si vero alibi fuerint, ultra X[k] florenos auri de Camera[l] secundum communem[m] extimationem annuatim valeant, obtinentibus | ultra decem florenos auri de Camera secundum communem extimationem annuatim valeant, obtinentibus[n], si in Italia, ultra quindecim[o], si vero alibi fuerint[p], ultra viginti[q], |

omnino preferantur.

---

[a] De - forma *Sevilla 7*
[b] pro *fehlt Greifswald 18, München 8482*
[c] beneficiandis *fehlt München 8482*
[d] litteras *fehlt München 8482*
[e] singulis *Padova 64* similis*; München 8482* singulariter
[f] ecclesiastica *fehlt Augsburg 153*
[g] ecclesiastica beneficia *Sevilla 7* ecclesiasticis beneficiis
[h] per *fehlt München 8482*
[i] fructus etc. *München 8482* fructibus et*; Padova 64 folgt* redditus etiam
[j] quindecim *Firenze 64* XV
[k] X *Augsburg 153* viginti
[l] fuerint - Camera *fehlt Padova 64*
[m] communem *fehlt Padova 64*
[n] obtinentibus *Sevilla 7* obtinend(is)
[o] quindecim *Sevilla 7* XV

[p] fuerint *fehlt Sevilla 7*
[q] viginti *München 8482, Sevilla 7* XX

**96.**

DE PUBLICATIONE ACCEPTATIONIS[a].

Item voluit et ordinavit, quod quicumque vigore gratiarum expectativarum acceptaverint quecumque ecclesiastica beneficia secularia[b] vel regularia cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebenda ac dignitates, personatus vel officia seu administrationes fuerint[c], teneantur et debeant infra unius mensis spatium a tempore huiusmodi acceptationis[d] computando de huiusmodi beneficiis per eos, ut prefertur, acceptatis sibi per suos executores vel subexecutores facere provideri, alioquin lapso dicto mense huiusmodi acceptationes[e] per eos facte et quecumque inde secuta quoad numerum[f] et qualitatem beneficiorum, que acceptationes[g] concernunt vel concernere[h] possent, eo ipso[i] sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti; et quod infra[j] tres[k] menses[l] ex tunc immediate sequentes[m] teneantur huiusmodi acceptationes in loco beneficii publicari[n], alias huiusmodi gratie acceptatio et provisio sint nulle. Presentes tamen in Romana curia publicationes[o] huiusmodi in Audientia contradictarum per auditorem eiusdem[p] vel tempore vacationum et, quotiens Audientia huiusmodi non tenetur, in Cancellaria apostolica coram[q] inibi presidentibus[r] per illius notarium fieri facere[s] possunt, ipseque notarius pro singulis protocollis de[t] duobus bolendinis et pro instrumentis, que desuper confecerit[u], quattuor[v] grossis[w] Turonensium[x] contentetur[y]. Ac decrevit idem dominus noster, si dictos acceptantes[z] in habendis provisionibus et faciendis publicationibus huiusmodi deficere vel negligentes esse contigerit, quod locorum ordinarii, ad quos id alias pertinuerit, perinde[aa] de dictis beneficiis post prefatos menses[bb] disponere possint, ac si gratie predicte cum decretis irritantibus nullatenus emanassent.

[a] De - acceptationis *Sevilla 7*
[b] secularia *München 8482* s(um)m(a)ria
[c] fuerint *fehlt Sevilla 7*
[d] acceptationis *Greifswald 18, Sevilla 7* expectationis
[e] acceptationes *München 8482* acceptatores*; Sevilla 7* acceptationis
[f] numerum *Firenze 64* nostrum
[g] acceptationes *München 8482* acceptatoris
[h] concernere *München 8482* cernere
[i] eo ipso *Sevilla 7* causam
[j] infra *fehlt Padova 64*
[k] infra tres *fehlt Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7*
[l] menses *Sevilla 7* mense
[m] sequentes *Sevilla 7* seque[nte]
[n] publicari *Firenze 64* publicare

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[o] publicationes *München 8482* publicatio aut
[p] eiusdem *fehlt Greifswald 18*
[q] coram *München 8482* quorum
[r] presidentibus *München 8482* precedentibus*; Sevilla 7* presentibus
[s] facere *fehlt Sevilla 7*
[t] de *Firenze 64* ac
[u] confecerit *Padova 64* concesserint
[v] quattuor *Firenze 64, Padova 64* IIII
[w] grossis *München 8482* concessis
[x] Turonensium *fehlt Firenze 64; Padova 64 folgt* parvorum
[y] contentetur *Augsburg 153* contentur*; Sevilla 7* continetur
[z] acceptantes *Firenze 64* acceptationes
[aa] perinde *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[bb] prefatos menses *Sevilla 7* prefatam *(!)* mensem

## 97.

NON DEBET QUIS UTI DUABUS GRATIIS EXPECTATIVIS[a].

Item voluit[b], statuit[c] et ordinavit idem dominus noster[d], quod nullus duabus gratiis expectativis, etiamsi altera earum motu proprio concessa fuerit, nisi una[e] illarum tempore date concessionis alterius[f] consumpta fuerit, uti posset, sed[g], si tales due gratie[h] altera non consumpta sibi concesse fuerint[i], et expeditis super utraque illarum litteris apostolicis[j] in[k] expeditione litterarum[l], quas postremo postremo expediri fecerit[m], non fecerit[n] mentionem de prima vel non elegerit seu mentem suam super hoc[o], qua[p] gratiarum huiusmodi uti voluerit, in presidentia Cancellarie apostolice[q] coram[r] ipsius Cancellarie[s] notario non declaraverit, effectu careat utriusque gratiarum earundem.

[a] Non - expectativis *Sevilla 7*
[b] voluit *fehlt Padova 64*
[c] statuit *fehlt Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7*
[d] idem - noster *fehlt Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7*
[e] una *fehlt München 8482*
[f] *Padova 64 folgt* non
[g] sed *fehlt Sevilla 7*
[h] *Sevilla 7 folgt* alteri
[i] uti – fuerint *fehlt Firenze 64*
[j] litteris apostolicis *Greifswald 18, München 8482, Padova 64* litteras apostolicas
[k] in *fehlt Sevilla 7*
[l] litterarum *Sevilla 7* illarum
[m] expediri fecerit *Firenze 64* fieri
[n] non fecerit *fehlt Padova 64*
[o] *Sevilla 7 folgt* si m(an)daverit (?)
[p] qua *München 8482* contra
[q] apostolice *fehlt Sevilla 7*
[r] coram *fehlt Greifswald 18*
[s] apostolice - Cancellarie *fehlt Padova 64*

## 98.

Item idem dominus noster omnes ordinationes et regulas per felicis recordationis Calixtum papam tertium[a] predecessorem suum editas et per premissas regulas non immutatas[b] contingentes expeditionem litterarum conficiendarum[c] super expectativis gratiis, sive fuerint in ea[d], secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribi consuevit, sive sub alia quacumque[e] verborum forma concesse, voluit et mandavit suo tempore firmiter observari.

Placet de omnibus[f], publicentur[g] in Audientia[h] et describantur[i] in Cancellaria apostolica[j], E‹neas›[k].

Lecte et publicate[l] fuerunt suprascripte[m] regule in Audientia contradictarum, die prima mensis decembris anno domini MCCCCLVIII[n], pontificatus sanctissimi domini nostri domini[o] Pii pape secundi[p] anno primo[1], T[q]. de Magistris[2] locumtenens[r], et in Cancellaria apostolica[s], die sabbati secunda[t] mensis decembris[u] predicti[v3].

---

[1] *1458 Dezember 1*.
[2] *T. de Magistris.*
[3] *1458 Dezember 2*.

---

[a] tertium *Firenze 64* III*; München 8482* 3[m]
[b] et per - immutatas *fehlt Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7;* premissas - immutatas *fehlt Padova 64*
[c] *Firenze 64* officiendarum*; Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7* perficiendarum
[d] fuerint in ea *München 8482* fuerit una
[e] quacumque *München 8482* quecumque aliorum
[f] de omnibus *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7*
[g] publicentur *Sevilla 7* ut supra
[h] in Audientia *fehlt Padova 64*
[i] describantur *Greifswald 18, München 8482, Padova 64, Sevilla 7* scribantur
[j] apostolica *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7*
[k] Eneas *fehlt Greifswald 18, München 8482, Sevilla 7; Padova 64* etc.
[l] et publicate *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Padova 64*
[m] Lecte - suprascripte *Sevilla 7* Lecte etc.
[n] MCCCCLVIII *Greifswald 18* MCCCCLIX*; Sevilla 7* LIX
[o] sanctissimi - domini *fehlt Sevilla 7;* domini *fehlt Greifswald 18, Padova 64*
[p] secundi *Firenze 64* II*; Greifswald 18* 2[i]
[q] T *Greifswald 18, Sevilla 7* Et
[r] locumtenens *Sevilla 7* locumtenentibus
[s] apostolica *fehlt Sevilla 7*
[t] secunda *Greifswald 18* 2[a]
[u] decembris *fehlt Padova 64*
[v] Lecte – predicti *fehlt München 8482;* decembris predicti *Sevilla 7* supradicti scilicet mensis septembris. T. de Magistris locumtenens

---

## 99.

| | |
|---|---|
| *RV 509(a).* | *RV 509(b).* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa II intendens devotos suos familiares continuos commensales in libro Cancellarie apostolice nominatim describendos apostolicis prosequi gratiis et specialibus fulciri prerogativis motu proprio statuit, decrevit et ordinavit, videlicet die prima mensis decembris pontificatus sui anno primo[1], quod ipsi in assecutione quorumcumque canonicatuum et prebendarum nec non dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, prestimonialium portionum et simplicium ac quorumcumque aliorum ecclesiasticorum beneficiorum quarumcumque qualitatum, que vigore gratiarum expectativarum eis sub data octavo[a] kalendas decembris pontificatus sui anno predicto[2] aut quacumque alia data[b] per ipsum concessarum et extensionum ac revalidationum earundem, si quas per eum fieri contigerit, acceptaverint et de quibus sibi provideri fecerint, omnibus aliis et singulis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie fuerint, etiamsi ipsi[c] in ecclesiis, in quibus huiusmodi canonicatus et prebende fuerint, in canonicos sint recepti, quacumque etiam diligentia super executione litterarum facta ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, omnino debeant anteferri nec prerogative, antelationes, facultates, declarationes, concessiones et indulta quecumque sive in favorem regum, aliorum principum aut prelatorum cuiuscumque excellentie vel preeminentie aut aliorum quorumcumque, quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fungentur, seu aliarum personarum, collegiorum communiter vel divisim etiam motu simili aut consideratione eorundem principum vel prelatorum aut in recompensam illorum in servitium sedis apostolice seu Romani pontificis etiam in curia et administratione iustitie vel alias quomodolibet impensorum seu alias simili sub quacumque verborum forma et cum quibusvis ex huiusmodi suis decreto, ordinatione et concessione expresse derogantibus clausulis a sede predicta hactenus emanaverunt vel in posterum emanaverint, cuiquam adversus voluntatem, decretum, ordinationem et concessionem huiusmodi aliquatenus suffragentur. Nomina vero eorundem, qui in Cancellaria describendi sunt, inferius designantur. Dominus datarius[3], dominus Agapitus[4],

| | |
|---|---|
| Iohannes de Lucena[5]. | Oliverius Principis[6]. |

[1] *1458 Dezember 1.*
[2] *1458 November 24.*
[3] *Laurentius Roverella.*
[4] *Agapitus Rustici Cenci.*
[5] *Johannes de Lucena.*
[6] *Oliverius Principis.*

[a] octavo *RV 509(b)* VIII
[b] aut - data *fehlt RV 509(a)*
[c] ipsi *RV 509(b)* ipsis

## Sequuntur regule perultime[a]

[a] Sequuntur - perultime *Greifswald 18; Augsburg 153* De expectativis*; Sevilla 7* Regule antelationum

### 100.

Item, quod in expectativis gratiis per „Fiat, ut petitur" dentur[a] duas collationes et totidem beneficia et quoad huiusmodi collationes, si[b] petatur[c], cum clausula „Etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum[d] vel officiorum, que ibidem obtinent[e]", et pro magistris et baccalariis formatis in theologia ac in aliquo iurium doctoribus et, qui per triennium[f] in studio generali studuerunt, cum rigore examinis licentiatis nec non in medicina et, qui per biennium rexerunt, in artibus magistriis ac nobilibus et apostolice sedis officialibus, inter quos abbreviatores illos, qui de aliquo parco fuerint, dumtaxat voluit computari, detur etiam ad canonicatus et prebendas ac dignitates etc.[g] etiam in[h] cathedralibus et metropolitanis, cum prestimoniis[i], prestimonialibus portionibus[j] et simplicibus beneficiis unius dumtaxat canonici cedentis vel decedentis aut illa[k] alias quomodolibet dimittentis, quorum quidam prestimoniorum, portionum et beneficiorum fructus etc., si pro dictis[l] qualificatis, LX, si vero pro aliis conceduntur, XXX librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt.

[a] *Augsburg 153, Firenze 64* ad
[b] si *Greifswald 18, Sevilla 7* ut
[c] petatur *Augsburg 153, Padova 64* petitur
[d] administrationum *Greifswald 18* ministeriorum
[e] personatuum - obtinent *Firenze 64* etc.
[f] formatis - triennium *fehlt Sevilla 7*
[g] etc. *fehlt Firenze 64*
[h] in *fehlt Sevilla 7*
[i] prestimoniis *Sevilla 7* prestantiis
[j] portionibus *fehlt Sevilla 7*
[k] illa *Augsburg 153* illas*; Greifswald 18, Sevilla 7* illo
[l] pro dictis *Sevilla 7* predictis

### 101.

Item voluit et ordinavit, quod nulli[a] cuiuscumque status[b], gradus, ordinis vel conditionis dentur littere super gratiis expectativis pretextu cuiuscumque signature ad duas dignitates vel duos personatus in quibusvis ecclesiis seu alia incompatibilia beneficia nec[c] ad quascumque dispensationes preterquam super defectu natalium et de[d] duobus annis super defectu etatis ad effectum ipsarum[e] gratiarum dumtaxat[f].

[a] nulli *Firenze 64* nullus
[b] status *fehlt Sevilla 7*
[c] *Sevilla 7 folgt* non
[d] de *Firenze 64* super
[e] ipsarum *fehlt Firenze 64; Sevilla 7* expectativarum
[f] dumtaxat *fehlt Firenze 64*

## 102.

Item idem dominus noster statuit, decrevit ac ordinavit, quod abbreviatores de maiori parco et scriptores litterarum apostolicarum ac illi[a] maiores apostolice[b] sedis officiales nec non magistri et baccalarii formati[c] in theologia ac in altero iurium doctores et cum rigore examinis[d] licentiati, qui in huiusmodi facultate iuris in aliqua[e] universitate studii generalis[f] per quinquennium studuerint, ac de nobili vel alio magno nobili[g] genere procreati, si quattuor aut[h] plures, alii vero non sic qualificati, si tres[i] vel similiter plures canonicatus[j] et totidem[k] prebendas in quibusvis ecclesiis tempore, quo aliquos[l] alios canonicatus et prebendas vigore aliquarum[m] gratiarum expectativarum[n] per ipsum dominum nostrum eis concessarum simul vel sucessive acceptaverint[o] et de illis sibi provideri fecerint, obtineant, in eventum pacifice assecutionis acceptatorum canonicatuum et prebendarum huiusmodi teneantur totidem ex[p] obtentis[q] canonicatibus et prebendis huiusmodi[r], quod[s] vigore acceptationis et provisionis huiusmodi assecuti fuerint, infra annum post acceptationem huiusmodi[t] simpliciter vel ex causa permutationis pro[u] alio vel aliis beneficiis, que canonicatus et prebende non sint, dimittere, alioquin lapso anno[v] littere, quarum obtentu acceptationes et provisiones[w] huiusmodi facte fuerint, quoad numerum acceptatorum canonicatuum et prebendarum huiusmodi ipseque acceptationes et provisiones et quecumque inde secuta sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti nec non quecumque acceptationes vel[x] provisiones[y] per alios[z] vigore gratiarum expectativarum eis concessarum cum debitis diligentiis facte suum sortiantur effectum, ac si cassate acceptationes et provisiones minime[aa] facte fuissent.

[a] illi *Firenze 64, Sevilla 7* illis
[b] apostolice *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[c] et baccalarii formati *Sevilla 7* etc.
[d] cum rigore examinis *fehlt Sevilla 7*
[e] huiusmodi - aliqua *fehlt Sevilla 7*
[f] studii generalis *fehlt Sevilla 7*
[g] vel alio magno nobili *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[h] aut *Padova 64* ac
[i] tres *Greifswald 18* 3[s]
[j] *Firenze 64 folgt* et prebendas
[k] totidem *fehlt Sevilla 7*
[l] et totidem - aliquos *fehlt Padova 64*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[m] aliquarum *fehlt Padova 64; Greifswald 18, Sevilla 7* aliarum
[n] expectativarum *fehlt Sevilla 7*
[o] acceptaverint *Sevilla 7* deputaverint
[p] ex *fehlt Greifswald 18*
[q] obtentis *fehlt Firenze 64*
[r] teneantur - huiusmodi *fehlt Sevilla 7*
[s] quod *Augsburg 153* quot
[t] assecuti - huiusmodi *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[u] pro *fehlt Sevilla 7; Padova 64* per *(!)*
[v] lapso anno *Padova 64* lapso dicto mense
[w] acceptationes et provisiones *Sevilla 7* acceptationis et provisionis
[x] vel *Greifswald 18, Padova 64* et
[y] et quecumque - provisiones *fehlt Sevilla 7*
[z] alios Firenze 64 alias
[aa] minime *Padova 64* numerum

## 103.

Item idem dominus noster statuit et decrevit, quod quicumque quevis ecclesiastica[a] beneficia vigore gratiarum expectativarum acceptaverint et de illis sibi provideri fecerint, teneantur et debeant[b] acceptationes[c] huiusmodi et de illis factas publicationes[d] a die provisionis huiusmodi possessoribus eorundem beneficiorum[e], si qui tunc[f] sint, alioquin postea, quamprimum fuerint, infra annum intimari facere vel super iure, si quod ipsis in[g] dictis beneficiis competere putaverint, iudicialiter experiri, alioquin, si postmodum ipsis[h] in dictis beneficiis ius competisse constiterit, gratie quoad numerum et qualitatem beneficiorum huiusmodi nec non acceptationes et provisiones predicte nullius sint[i] roboris vel momenti.

[a] ecclesiastica *fehlt Augsburg 153*
[b] et debeant *fehlt Augsburg 153, Greifswald 18, Padova 64*
[c] *Augsburg 153, Greifswald 18, Padova 64 folgt* et provisiones
[d] publicationes *Padova 64* publicatis
[e] a die - beneficiorum *fehlt Firenze 64*
[f] tunc *fehlt Padova 64*
[g] in *Firenze 64* a
[h] in - ipsis *fehlt Augsburg 153*
[i] sint *fehlt Greifswald 18*

## 104.

Item[a] idem sanctissimus[b] dominus noster diversis suadentibus causis voluit, statuit et ordinavit, quod verba proprii motus in expectativis gratiis per ipsum concessis et de cetero[c] concedendis quoad beneficia in antea vacatura nulli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis[d] vel conditionis fuerit, quomodolibet suffragentur, nisi dumtaxat ad tollendum et excludendum surreptionem.

[a] Item *fehlt Augsburg 153*
[b] sanctissimus *fehlt Sevilla 7*

[c] cetero *Padova 64* certo
[d] ordinis *fehlt Firenze 64, Greifswald 18*

### 105.

Item idem dominus noster, die vicesimaoctava[a] mensis novembris pontificatus sui anno primo[1], reservavit generaliter dispositioni sue quecumque canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes et officia etiam curata et electiva[b], ecclesie Senensis vacantia et in antea vacatura ac decrevit irritum et inane, si secus super hiis a quoquam[c] etc.

[1] *1458 November 28*.

[a] vicesimaoctava *Augsburg 153 Firenze 64, Padova 64* XXVIII
[b] electiva *Firenze 64* electa
[c] et inane - quoquam *fehlt Firenze 64;* super – quoquam *fehlt Augsburg 153, Greifswald 18*

### 106.

Item mandavit idem dominus noster, quod littere super quibusvis gratiis expectativis pro quibusvis personis ad canonicatus et prebendas Maguntinensis, Coloniensis, Treverensis, Magdeburgensis[a], Salzeburgensis[b], Leodiensis, Traiectensis et Argentinensis ecclesiarum nec non in diocesibus Aquilegiensi et Curiensi ad loca in dominio ducum Austrie consistentia non expediantur, nisi de speciali mandato suo[c].

[a] Treverensis, Magdeburgensis *fehlt Padova 64*
[b] Salzeburgensis *fehlt Greifswald 18*
[c] suo *Padova 64* fiat etc.

### 107.

Item voluit, quod, ubi plures ad eandem ecclesiam vel collationem etc.[a] sub diversis datis expectantes fuerint, etiam habentes inibi[b] de minoribus datis gratias[c], sub illis[d] cadentia beneficia iuxta formam litterarum desuper confectarum acceptare nec non de illis eis provideri facere valeant, salvo quod in datis huiusmodi[e] potiores, si in faciendis acceptationibus, provisionibus et publicationibus requisitis non defecerint[f], reliquis[g] in ipsorum assecutione beneficiorum preferantur et, si defecerint, pro reliquis[h] predictis acceptationibus[i] provisiones et publicationes[j] rite facte iuris ordine[k] suum[l] sortiantur effectum, non obstantibus decretis inibi contentis et aliis contrariis[m] quibuscumque.

[a] etc. *fehlt Sevilla 7*
[b] inibi *Augsburg 153, Greifswald 18, Sevilla 7* ibidem

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[c] gratias *fehlt Sevilla 7*
[d] *Sevilla 7 folgt* gratiis
[e] *Sevilla 7 folgt* sint
[f] defecerint *Padova 64* defuerit
[g] non defecerint reliquis *fehlt Sevilla 7*
[h] reliquis *Padova 64* aliquis
[i] predictis acceptationibus *Firenze 64* predicte acceptationes
[j] provisiones - publicationes *Sevilla 7* provisionibus et publicationibus
[k] iuris ordine *fehlt Firenze 64; Padova 64* super ordinare
[l] suum *fehlt Sevilla 7*
[m] contrariis *Firenze 64* gratiis

## 108.

PRO ORDINARIIS DECEMBER I, MARTIUS II, IUNIUS III, SEPTEMBER IIII[a].

Item, ut[b] prelati et alie persone ecclesiastice, ad quos dignitatum aliorumque ecclesiasticorum beneficiorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertinet, ab eodem domino nostro gratias et favores reportasse dinoscantur, ipse[c] dominus noster prelatis et aliis[d] personis[e] predictis de quibusvis[f] dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis nec non aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, que[g] infra quinquennium a data diei octavo[h] kalendas decembris pontificatus sui anno primo[i1] computandum in eiusdem decembris ac martii, iunii et septembris mensibus vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint, perinde, ac si alique a sede apostolica vel eius legatis expectative gratie et quoad illas dari solite reservationes non emanarent, libere disponendi concessit facultatem[j] ac decrevit irritum etc.[k], salvis tamen hiis, que Germanice nationi per sedem predictam concessa sunt ac collationes per ordinarios faciendas concernunt, que ipse dominus noster rata manere voluit[l2].

[1] *1458 November 24*.
[2] *= Nicolaus V. Nr. 195*.

[a] Pro -IIII *Sevilla 7 am linken Rand*
[b] ut *fehlt Padova 64*
[c] ipse *Firenze 64* ipseque
[d] aliis *fehlt Augsburg 153, Greifswald 18*
[e] prelatis - personis *Firenze 64* personis et prelatis
[f] quibusvis *Sevilla 7* quibus
[g] que *fehlt Sevilla 7*
[h] octavo *Augsburg 153* VIII
[i] primo *fehlt Augsburg 153*
[j] facultatem *Padova 64* facere
[k] etc. *fehlt Firenze 64*
[l] *In Sevilla 7 folgt der Publikationsvermerk von Nr. 107*

**109.**

Item prefatus dominus noster, ne quis in fraudem obtentu unionum et commendarum de beneficiis ecclesiasticis, que per eum seu eius auctoritate[a] facte fuerint, pluralitatem incompatibilium beneficiorum sibi vendicet, videlicet XV[b] kalendis decembris[c] pontificatus sui anno primo[1], statuit et ordinavit, quod, si que in favorem etiam eorum, cum quibus super incompatibilibus beneficiis simul obtinendis per sedem apostolicam fuerit dispensatum, uniones[d] sive commende de quibusvis[e] beneficiis ecclesiasticis cum hiis[f], que obtinent vel expectant aut in quibus seu ad que ius eis[g] competit, incompatibilibus aut de illis insimul retinendis ad vitam ipsorum durature per ipsum dominum nostrum[h] facte sint aut in posterum fieri contigerit, beneficia sic unita et commendata in numerum cedant incompatibilium et eorum, ad que insimul obtinenda dispensationes pro tempore eis concesse se extendunt, et alias[i] tot incompatibilia censeantur, quot[j] ante uniones et commendas huiusmodi extiterunt.

Placet, publicentur in Audientia[k] et describantur in Cancellaria[l], E‹neas›[m2].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Rome[n] in Audientia contradictarum, die iovis quarta[o] mensis ianuarii anno domini[p] millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono[q], pontificatus prefati domini nostri pape Pii[r] anno primo[3], T. de Magistris[4] locumtenens, et[s] in Cancellaria apostolica, anno, die et pontificatu quibus supra.

---

[1] *1458 November 17*.
[2] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[3] *1459 Januar 4*.
[4] *T. de Magistris.*

---

[a] auctoritate *fehlt Padova 64*
[b] videlicet XV *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Greifswald 18, Padova 64*
[c] decembris *Padova 64* septembris
[d] uniones *Firenze 64* unionis*; Greifswald 18, Sevilla 7* unioque
[e] *Sevilla 7 folgt* aliis
[f] hiis *Sevilla 7* aliis
[g] eis *Padova 64* eius
[h] *Greifswald 18 folgt* concesse et
[i] alias *Augsburg 153* alia
[j] quot *Firenze 64, Padova 64* quod
[k] *Sevilla 7 folgt* contradictarum
[l] *Padova 64 folgt* apostolica*; Sevilla 7 folgt* Fiat
[m] E‹neas› *fehlt Greifswald 18; Padova 64* etc.
[n] Rome *fehlt Augsburg 153, Greifswald 18, Padova 64, Sevilla 7*
[o] quarta *Augsburg 153* 4*; Greifswald 18* IIII
[p] anno domini *fehlt Augsburg 153, Firenze 64, Padova 64*
[q] millesimo – nono *Augsburg 153, Firenze 64, Greifswald 18, Sevilla 7* MCCCCLIX
[r] *Augsburg 153 folgt* secundi
[s] locumtenens et *fehlt Sevilla 7*

## Sequuntur regule ultime[a]

[a] Sequuntur - ultime *Greifswald 18*

### 110.

VIDE REGULAM PARI, ‹QUE› INCIPIT „ITEM PREFATUS DOMINUS (?) SANCTISSIMUS DOMINUS (?) NOSTER IN [...]“[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius papa secundus[b] intendens, quod antelationes in ecclesiasticis beneficiis vigore gratiarum expectativarum per quascumque assequendas[c] iuxta[d] personarum, quibus huiusmodi gratie concesse fuerint, conditiones et merita regulentur, statuit, decrevit et ordinavit, quod inter habentes gratias expectativas sub pari data nobiles de ducum, marchionum, comitum vel baronum, qui reputantur illustres, seu maiori genere procreati omnibus non tam[e] nobilibus qualitercumque qualificatis in assecutione quorumcumque beneficiorum, que huiusmodi gratiarum vigore acceptant[f], quacumque diligentia, receptione etiam vel creatione in canonicos non obstante, in ecclesiis, ad quas huiusmodi gratie concesse fuerint, omnino[g] preferantur - apostolice sedis notariis et litterarum apostolicarum correctore[h] et eiusdem sedis subdiaconis et auditoribus causarum Palatii apostolici et Camere apostolice[i] clericis et curie ipsius Camere causarum auditore generali sua[j] officia actu exercentibus[k] dumtaxat exceptis -, alii vero nobiles ex inferiori[l] nobilium genere aliis non nobilibus ac magistris et licentiatis in artibus aut inferiori gradu simili graduatis, magistri et baccalarii formati in theologia, doctores et licentiati cum rigore examinis etiam in altero iurium, qui per triennium ad minus in loco, ubi studium viget generale, studuerint, nec non in medicina et in artibus magistri[m], qui post susceptum gradum aliquibus annis legerint, et in Hispania etiam in altero iurium baccalarii, qui in simili studio per sex annos studuerint, omnibus aliis non sic graduatis, et inter graduatos[n] magis graduati minus graduatis et alias magis qualificati minus qualificatis, ipsius sanctissimi domini nostri pape familiaribus continuis commensalibus in libro Cancellarie apostolice[o] non descriptis, litterarum apostolicarum abbreviatoribus de parco maiori nec non singulis duodecim[p] familiaribus singulorum sancte Romane ecclesie cardinalium per ipsos cardinales nominandis et in eodem libro describendis similiter exceptis, qui, si nobiles aut graduati fuerint, aliis pariter[q] nobilibus et graduatis, si aliter non qualificati, aliis non qualificatis, et inter[r] eosdem[s] etiam sic[t] exceptos[u] in[v] pari qualitate aut gradu seu[w] eis[x] non existentibus ipsius domini nostri pape familiares[y] continui commensales predicti in

assecutionibus huiusmodi modo simili preferantur. Voluit autem, quod inter nobiles ex inferiori nobilium genere, magistros et baccalarios in theologia, doctores in utroque vel altero iurium, abbreviatores de parco maiori, familiares suos continuos commensales non descriptos[z] omnibus eis aliter non qualificatis ius commune servetur et inter omnes et singulos quoscumque ceteris paribus[aa] non beneficiati beneficia quomodolibet obtinentibus preferantur, salvis prerogativis et antelationibus ceteris suis familiaribus continuis commensalibus in Cancellaria apostolica descriptis per eundem dominum nostrum concessis, quibus per hanc constitutionem noluit[bb] in aliquo derogari.

---

[a] vide - [...] *Sevilla 7 am rechten Rand von 2. Hand*
[b] secundus *Firenze 64* II*; Greifswald 18* 2[us]*; Sevilla 7* etc.
[c] assequendas *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[d] iuxta *fehlt Sevilla 7*
[e] tam *fehlt Greifswald 18, Sevilla 7*
[f] acceptant *Greifswald 18, Padova 64* expectant*; Greifswald 18, Sevilla 7* expectativarum
[g] omnino *Greifswald 18, Sevilla 7* omnimodo
[h] correctore *Greifswald 18* abbreviatore*; Sevilla 7* abbreviatoribus
[i] apostolice *fehlt Sevilla 7*
[j] sua *Sevilla 7* seu
[k] exercentibus *Sevilla 7* exercentia
[l] inferiori *Augsburg 153* inferiorum
[m] magistri *fehlt Firenze 64*
[n] et inter graduatos *fehlt Padova 64*
[o] apostolice *fehlt Sevilla 7; Augsburg 153, Padova 64 folgt* etiam
[p] duodecim *Greifswald 18* XII
[q] aliis pariter *fehlt Padova 64*
[r] inter *Sevilla 7* iure
[s] eosdem *Padova 64, Sevilla 7* eisdem
[t] etiam sic *Padova 64* etiam si*;* sic *fehlt Sevilla 7*
[u] exceptos *Sevilla 7* exceptis
[v] in *Padova 64* ut
[w] *Greifswald 18, Sevilla 7 folgt* ex
[x] eis *Padova 64* eius
[y] familiares *Sevilla 7* familiaribus
[z] *Augsburg 153 folgt* ipsis
[aa] paribus *Padova 64* partibus
[bb] noluit *Padova 64* voluit

## 111.

Item voluit, statuit et decrevit, quod omnes et singule gratie[a] expectative hactenus per sanctitatem suam quibusvis nobilibus[b] et ut supra[c] graduatis sub datis IIII[d1] vel VI[e2] concesse ac super illis confecte vel conficiende littere cum inhibitionis, reservationis[f] decretis et[g] antelationis[h] in illis contentis clausulis ac cum processibus habitis vel habendis per easdem, etiam quoad effectum prerogativarum huiusmodi valeant et personis, quibus concesse fuerint, suffragentur perinde[i] in omnibus et per omnia, ac si ipse gratie vere et omni

---

[1] *1458 November 28.*

fictione[j] cessante sub data octavo[k] kalendas decembris[3] eis concesse fuissent, quam datam ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout[l] ex nunc concedere voluit et concessit[m].

Placet, publicentur in Audientia et describantur in Cancellaria[n], E‹neas›[o4].

Lecte fuerunt in Audientia contradictarum[p] suprascripte regule, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono[q], die XXIII mensis ianuarii[r] pontificatus sanctissimi in Christo patris et[s] domini nostri domini Pii divina providentia[t] pape[u] II[v] pontificatus sui[w] anno primo[5], T. de Magistris[6] locumtenens, et, eadem die[x], in Cancellaria apostolica, A‹ntonius› de Racaneto[7] etc.[y]

---

[2] *1458 November 26.*
[3] *1458 November 24.*
[4] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[5] *1459 Januar 23*.
[6] *T. de Magistris.*
[7] *Antonius Jacobi de Veneriis.*

---

[a] gratie *fehlt Sevilla 7*
[b] nobilibus *Sevilla 7* nominibus
[c] ut supra *fehlt Padova 64*
[d] IIII *Greifswald 18* 4°*; Sevilla 7* sexto
[e] VI *Greifswald 18* sexto*; Sevilla 7* octavo
[f] reservationis *Augsburg 153* reservationibus
[g] et *Firenze 64* etiam
[h] antelationis *Augsburg 153* antelationibus
[i] perinde *Padova 64* proinde
[j] fictione *Greifswald 18* flectione*; Padova 64 folgt* confectioni
[k] octavo *Firenze 64, Padova 64* VIII
[l] ex nunc - prout *fehlt Padova 64*
[m] quam - concessit *fehlt Greifswald 18*
[n] *Sevilla 7 folgt* apostolica Fiat
[o] et – E‹neas› *Greifswald 18* etc.; E‹neas› *Padova 64* etc.
[p] contradictarum *fehlt Augsburg 153, Firenze 64*
[q] millesimo - nono *Augsburg 153, Firenze 64, Sevilla 7* MCCCCLIX
[r] die - ianuarii *fehlt Padova 64*
[s] in Christo - et *fehlt Sevilla 7*
[t] domini - providentia *fehlt Sevilla 7*
[u] *Sevilla 7 folgt* Pii
[v] II *Augsburg 153* secundi
[w] II - sui *fehlt Sevilla 7;* pontificatus sui *fehlt Padova 64*
[x] eadem die *fehlt Padova 64*
[y] Lecte – etc. *fehlt Greifswald 18;* et eadem – etc. *fehlt Sevilla 7;* A. – etc. *fehlt Augsburg 153, Firenze 64*

## Sequuntur nove regule edite in Mantua, ut sequuntur earundem dat(as) etc. in forma[a]

---

[a] Sequuntur - forma *Sevilla 7; ebenda, zwischen* Eneas *und* Placet *von Nr. 109* Sequuntur nove regule edite Mantue [nec n]on Senis

## 112.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius papa secundus[a] die videlicet decima aprilis pontificatus sui anno primo[1] singulos canonicatus et prebendas et singulas dignitates vel personatus, administrationes aut singula officia etiam curata et electiva cuiuscumque valoris etiam in mensibus per sanctitatem suam ordinariis et aliis collatoribus ac alternatim vel alias concessa et concedenda, que per obitum in singulis cathedralibus, etiam metropolitanis et collegiatis ecclesiis in regnis et dominiis[b] serenissimi[c] domini Henrici Castelle et Legionis regis consistentia preterquam apud sedem apostolicam aut simpliciter vel ex causa permutationis in Romana curia vel extra eam primo vacare contigerit, generaliter dispositioni sue reservavit pro hac vice, dumtaxat inhibens illis ac expectantibus et aliis quibusvis personis, ut[d] quovis titulo aut colore vel quarumcumque gratiarum expectativarum etiam motu proprio et sub[e] favorabili et quavis verborum forma concessarum vigore singulos canonicatus et prebendas ac singulas dignitates, personatus, administrationes vel officia primo vacaturos[f] huiusmodi conferre et acceptare sibique de illis provideri possint et debeant[g], quas siquidem provisiones et gratias expectativas ad canonicatus et prebendas ac dignitates predictos voluit non extendi, declarans[h] insuper omnes et singulos collatores ac spectantes supradictos a die publicationis presentis constitutionis in Cancellaria apostolica infra terminum viginti[i] dierum[j] facte ad supradicta omnia et singula cogi[k] et artari, decernens propterea ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque scienter vel ignoranter attemptari contigerit, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus, provisionibus ac litteris et gratiis apostolicis[l] quibusvis personis etiam[m] apostolice sedis et suis officialibus et aliis quantumcumque nobilibus, graduatis et privilegiatis per sanctitatem suam concessis et concedendis nec non dicta beneficia expectantibus, etiamsi in illis presenti constitutioni derogetur, nisi eius totus tenor de verbo ad verbum in dictis litteris inseratur. Voluit[n] autem presentem reservationem ad quattuor[o] menses[p] tantummodo a die publicationis duraturam, quibus elapsis, sive fuerit sortita effectum sive non, censeatur esse finita.

Placet et describatur in Cancellaria, E‹neas›[q][2]. R‹odericus›[3] Valentinus vicecancellarius.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula sive reservatio in Cancellaria apostolica in civitate Senensi[4], sub anno domini MCCCCLIX[r], indictione septima, die vero sabbati quartadecima[s] mensis aprilis pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Pii divina provi-

[1] *1459 April 10*.
[2] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[3] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[4] *Siena, Toskana, Italien*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

dentia[t] pape secundi[u] anno primo[5], coram reverendissimo domino vicecancellario et aliis dominis in presidentia assistentibus[v], ut moris est, A‹ntonius› de Racaneto[6].

---

[5] *1459 April 14*.
[6] *Antonius Jacobi de Veneriis.*

---

[a] secundus *Firenze 64* II
[b] dominiis *Sevilla 7* diocesis *(?)*
[c] serenissimi *Padova 64* sanctissimi
[d] ut *Firenze 64* et*; Padova 64* in
[e] sub *fehlt Sevilla 7*
[f] vacaturos *Padova 64* vocatos*; Sevilla 7* vacantium
[g] debeant *Padova 64* valeant
[h] declarans *Padova 64* declarationes
[i] viginti *Firenze 64* XX
[j] dierum *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[k] cogi *fehlt Sevilla 7*
[l] apostolicis *Sevilla 7* acceptationibus
[m] etiam *Firenze 64* et
[n] Voluit *Firenze 64* Volumus
[o] quattuor *Firenze 64* IIII
[p] *Firenze 64 folgt* IIII
[q] E‹neas› *Padova 64* etc.
[r] MCCCCLIX *Padova 64* millesimo quadringentesimo quinquagesimo *(!)*
[s] quartadecima *Firenze 64, Sevilla 7* XIIII
[t] divina providentia *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[u] secundi *Firenze 64* II
[v] assistentibus *Firenze 64* existentibus

## 113.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia[a] papa secundus[b] intendens monasteriis regularibus, quorum fructus etc. valor ducentos[c] florenos auri[d] de Camera excedit, ex quibus possit ipsorum abbas, prout dignitati convenit, commode[e] sustentari, de venerabilium fratrum[f] suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu consistorialiter habito de persona utili et idonea providere, statuit et ordinavit[g] et decrevit omnes et singulas supplicationes, in quibus monasteriis huiusmodi abbatialem dignitatem habentibus de novo providetur seu provideri mandatur seu monasteria huiusmodi commendantur seu commendari mandantur[h] alicui preterquam alteri ex prefatis sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus, hactenus per inadvertentiam forte[i] signatas et obtentas et in posterum obtinendas ac litteras desuper expeditas et expediendas nullius fuisse et esse roboris vel momenti ac mandat sacrosancte Romane ecclesie vicecancellario seu eius locumtenenti ac omnibus et singulis abbreviatoribus in parco maiori eidem assistentibus, custodi ac aliis eiusdem Cancellarie officialibus ac in registris supplicationum et litterarum apostolicarum scriptoribus, clericis et magistris, quatenus supplicationes prefatas, si que[j] per inadvertentiam signate nunc vel in posterum reperiantur, non regist-

rent; si registrate sint, ad Cancellariam non deferant; si delate sint, non admittant; super ipsis in Cancellaria vel extra, litteras non conficiant seu confectas expediant, expeditas in registro litterarum apostolicarum non describant, quinimo supplicationes et litteras huiusmodi admissas seu expeditas lateant et registratas de ipsarum registris cassent et irritent et annullent. Hoc autem statutum, decretum et mandatum voluit[k] et precepit in Cancellaria describi ac in eadem et in Audientia contradictarum publicari et per eundem vicecancellarium omnibus et singulis officialibus et aliis supra descriptis per se vel alium intimari[l].

Placet et ita mandamus, E‹neas›[m1]. R‹odericus›[2] Valentinus[n].

Lecta et publicata fuit suprascripta declaratio sive mandatum, Mantue[3] in Cancellaria apostolica et in Audientia litterarum apostolicarum contradictarum, die martis decima nona[o] mensis iunii anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono[p], pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno primo[4], A‹ntonius› de Racaneto[5].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[3] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[4] *1459 Juni 19*.
[5] *Antonius Jacobi de Veneriis.*

---

[a] divina providentia *fehlt Padova 64*
[b] secundus *Firenze 64* II
[c] ducentos *Firenze 64* CC
[d] auri *fehlt Padova 64, Sevilla 7*
[e] commode *Padova 64* commende
[f] *Firenze 64* folgt nostrorum
[g] et ordinavit *fehlt Padova 64, Sevilla 7*
[h] seu monasteria - mandantur *fehlt Padova 64*
[i] forte *Sevilla 7* fore
[j] si que *Firenze 64* sicque
[k] voluit *Firenze 64, Padova 64* vult
[l] intimari *Padova 64* contimari *(!)*
[m] E‹neas› *Padova 64* etc.
[n] R‹odericus› Valentinus *fehlt Padova 64*
[o] decima nona *Firenze 64* XIX
[p] millesimo - nono *Firenze 64* millesimo CCCCLIX*; Sevilla 7* MCCCCLIX

**114.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia[a] papa secundus[b] predecessorum suorum Romanorum pontificium vestigiis inherendo declaravit sue intentionis umquam fuisse nec esse per quascumque antelationum prerogativas, decreta, declarationes, statuta, concessiones, indulta et ordinationes cum quibusvis verbis et[c] clausulis derogatoriarum derogatoriis, etiam ad[d] instar nonnullorum familiarium suorum continuorum commensalium in certo libro Cancellarie apostolice descriptorum, quibusvis

personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis[e] existant, per eum, etiam motu proprio et ex certa scientia concessa et in posterum concedenda, litteris serenissimo imperatori Romanorum Friderico[1] tertio[f] per eosdem predecessores super porrigendis primariis precibus concessis et per ipsum dominum nostrum approbatis nec non personis per eundem imperatorem vigore dictarum litterarum nominatis et nominandis voluisse seu velle quoquo modo derogare, etiamsi illis motu[g] et scientia similibus forsan preiudicatum sit vel in futurum preiudicari contingat.

Placet, publicetur in Audientia contradictarum[h] et describatur in Cancellaria, E‹neas›[2]. R‹odericus›[3] Valentinus[i].

---

[1] *Friedrich III., 1440-1493 römischer König und Kaiser*.
[2] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[3] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

---

[a] divina providentia *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[b] secundus *Firenze 64* II
[c] et clausulis *Padova 64* de clericis
[d] ad *Padova 64* et
[e] *Padova 64 folgt* etc.
[f] tertio *Firenze 64* III
[g] *Firenze 64 folgt* proprio
[h] contradictarum *fehlt Firenze 64, Padova 64*
[i] E‹neas› - Valentinus *Padova 64* etc.

## 115.

REGULA IN FAVOREM FAMILIARIUM NON DESCRIPTORUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia[b] papa secundus[c], die decima octava[d] mensis iunii pontificatus sui anno primo[1], intendens[e] prerogativam per eum familiaribus suis continuis commensalibus in certo libro Cancellarie apostolice non descriptis concessam[f] illesam servare, declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod nulli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus[g] et conditionis existant, etiamsi in canonicos ecclesiarum apostolica auctoritate recepti vel creati[h] seu venerabilium fratum suorum[i] sancte Romane ecclesie cardinalium parafrenarii fuerint et quibuscumque prerogativis, antelationibus, decretis, declarationibus, concessionibus, privilegiis et indultiis etiam ad instar aliorum suorum familiarium continuorum[j] commensalium in dicto libro descriptorum concessis utuntur et gaudent aut eos in posterum uti et gaudere contingat, possint seu debeant eisdem familiaribus non descriptis in assecutione beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per ipsum dominum nostrum concessarum eis seu revali-

dationum[k] earundem acceptarunt et in futurum acceptabunt, quomodolibet anteferri, etiamsi declarationi huiusmodi motu proprio contingat derogari.

Placet, publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[2]. R‹odericus›[3] Valentinus[l].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte due[m] regule, Mantue[4] in Cancellaria apostolica, sub anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono[n], indictione septima, die vero iovis quinta mensis iulii pontificatus prefati domini nostri pape anno primo[o5].

---

[1] *1459 Juni 18*.
[2] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[3] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[4] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[5] *1459 Juli 5*.

---

[a] Regula - descriptorum *Sevilla 7, marginal von 2. Hand*
[b] divina providentia *fehlt Padova 64*
[c] secundus *RV 509* II
[d] in – octava *Firenze 64* etc. XVIII
[e] intendens *RV 508, RV 510* intendentes
[f] concessas *RV 510, Padova 64, Sevilla 7* concessis
[g] *Padova 64 folgt* ordinis
[h] recepti vel creati *Padova 64* recipi vel creari
[i] suorum *RV 508* nostrorum *über* suorum*; RV 510* nostrorum
[j] continuorum *RV 508* continue
[k] revalidationum *Sevilla 7* invalidationum
[l] Placet - Valentinus *fehlt RV 508, RV 509*
[m] due *fehlt Sevilla 7*
[n] millesimo - nono *Firenze 64, Sevilla 7* MCCCCLIX
[o] Lecte - primo *fehlt RV 508, RV 509*

## 116.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius papa secundus[a] ordinavit et voluit, quod super concessionibus et gratiis per felicis recordationis Calixtum papam tertium[b] predecessorem suum factis, super quibus littere apostolice hactenus confecte non fuerunt, si[c] super dispensationibus de incompatibilibus beneficiis insimul obtinendis aut super natalium defectu emanarunt, sub data publicationis presentium, ita quod ab illa in antea dumtaxat illis, quibus facte sunt, suffragentur; si vero beneficiales sint, similiter[d] sub data publicationis presentium et cum clausula „Dummodo a die lapsi termini de expediendis litteris per ipsum dominum nostrum prefixi usque ad huiusmodi dat(am) publicationis presentium non[e] sit in beneficio“, super quo concessiones et gratie huiusmodi emanarunt, alicui alteri ius quesitum littere apostolice in forma „Rationi congruit“, alias in forma solita usque ad tres menses a data presentium computandos expediri possint.

Placet et[f] publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[1]. R‹odericus›[2] Valentinus[g].

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

[a] secundus *Firenze 64* II
[b] tertium *Firenze 64* III
[c] si *fehlt Sevilla 7*
[d] similiter *fehlt Sevilla 7*
[e] non *Sevilla 7* t(ame)n
[f] et *Sevilla 7* ut
[g] R‹odericus› Valentinus *fehlt Firenze 64*

## 117.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius papa secundus[a] licet tempore, quo disposuerat[b] gratias expectativas curialibus et aliis eas petentibus concedere, intentionem gerens, quod nulla expectativa gratia ad beneficia generaliter dispositioni sue et apostolice sedi reservata concederetur nec beneficia ipsa sub huiusmodi gratiis comprehenderentur, felicis recordationis Calixti pape tertii[c] predecessoris sui vestigiis inherens voluisset et mandasset omnes regulas et ordinationes circa expeditionem litterarum super gratiis expectativis per ipsum predecessorem concessas, editas et factas etiam suo tempore quoad expeditionem litterarum super huiusmodi per eum ex tunc concedendis gratiis huiusmodi observari, per hoc innuens etiam constitutionem et ordinationem, quibus idem predecessor voluit cum interpositione irritantis decreti, quod nullus vigore gratie cuiusvis expectative quodcumque ecclesiasticum beneficium dispositioni apostolice generaliter reservatum, etiamsi alias sub huiusmodi gratia comprehendi videretur, acceptare et de illo sibi provideri facere posset sive deberet, etiam ipsius domini nostri Pii tempore servari et locum sibi vendicare debere declaravit ac statuit et decrevit quascumque litteras super quibusvis per eum concessis et concedendis expectativis gratiis expeditas et forsitan expediendas ac processus habitos et habendos per easdem illorumque pretextu factas et faciendas acceptationes et provisiones et quecumque inde secuta in eo, quo comprehendunt, qualiacumque ecclesiastica beneficia qualitercumque dispositioni sue aut dicte sedi generaliter reservata a tempore, quo emanarunt et emanaverint[d], haberi debuisse et debere pro cassis, irritis et infectis illisque in ea parte nullam prorsus fidem adhibendam nec secundum eas in causis etiam iam pendentibus iudicandum fuisse et esse, similiter irritum[e] decernens et inane, quidquid in contrarium attemptatum fuerit vel in posterum contigerit attemptari.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Placet, publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[1].

Lecte et publicate fuerunt immediate suprascripte due regule, Mantue[2] in Cancellaria apostolica, anno domini MCCCCLIX, indictione septima, die vero martis sextadecima[f] mensis octobris pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno secundo[3], A‹ntonius› de Racaneto[4].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[3] *1459 Oktober 16*.
[4] *Antonius Jacobi de Veneriis.*

---

[a] in - secundus *Firenze 64* etc.
[b] disposuerat *Sevilla 7* exposuerat
[c] tertii *Firenze 64* III
[d] et emanaverint *fehlt Sevilla 7*
[e] irritum *Firenze 64* iratum
[f] sextadecima *Firenze 64* XVI

## 118.

Sanctissimus etc., die XX mensis novembris pontificatus sui anno secundo[1], in singulis Valentinensi[2], Barchinonensi[3], Gerundensi[4], Elnensi[5], Urgellensi[6], Vicensi[7], Ilerdensi[8], Tirasonensi[9] et Maioricensi[10] ac Segobricensi[11] et Sancte Marie de Albarazino[12] invicem nec non Oscensi[13] et Iacensi[14] etiam invicem canonice annexorum nec non in singulis collegiatarum de Xativa[15] et de Oriola[16] ac de Turolio[17] et de Daroca[18] nec non de Tudela[19] Valentinensis, Cartaginensis[20], Cesaraugustane[21] et Tirasonensis diocesium singulos canoni-

---

[1] *1459 November 20*.
[2] *Valencia, Valencia, Spanien.*
[3] *Barcelona, Katalonien, Spanien*.
[4] *Girona, Katalonien, Spanien*.
[5] *Elne, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[6] *Seu d'Urgell, Katalonien, Spanien*.
[7] *Vic, Katalonien, Spanien*.
[8] *Lleida, Katalonien, Spanien.*
[9] *Tarazona, Aragonien, Spanien*.
[10] *Mallorca, Balearische Inseln, Spanien*.
[11] *Segorbe, Valencia, Spanien*.
[12] *Albarracin, Aragonien, Spanien*.
[13] *Huesca, Aragonien, Spanien.*
[14] *Jaca, Aragonien, Spanien*.
[15] *Játiva, Valencia, Spanien*.
[16] *Orihuela, Valencia, Spanien*.
[17] *Teruel, Aragonien, Spanien*.
[18] *Daroca, Aragonien, Spanien*.
[19] *Tudela, Navarra, Spanien.*
[20] *Cartagena, Murcia, Spanien*.
[21] *Zaragoza, Aragonien, Spanien*.

catus et prebendas ac in singulis Terraconensis[22] et Dertusensis[a23] ordinis sancti Augustini singula loca et portiones canonicales, in singulis quoque earundem Valentinensis, Barchinonensis, Gerundensis, Elnensis, Urgellensis, Vicensis, Ilerdensis, Tirasonensis, Maioricensis, Terraconensis et Dertusensis ac Cesaraugustane et Pampilonensis[24] nec non in altera Segobricensis et Sancte Marie de Albarazino nec non in altera Oscensis et Iacensis ecclesiarum singulas dignitates aut personatus, administrationes vel officia etiam curata et electiva nec non in singulis Valentinensis, Barchinonensis, Gerundensis, Elnensis, Urgellensis, Vicensis, Ilerdensis, Tirasonensis et Maioricensis ac Terraconensis et Dertusensis et in altera Segobricensis et beate Marie de Albarazino nec non in altera Oscensis et Iacenis, singulas in Cesaraugustana vero ducis et Pampilonensis civitatibus vel diocesibus etiam duas parochiales ecclesias, quarum singularum fructus, redditus et proventus ultra L libras Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuatim ‹non excedunt›, quos et quas et que ex nunc in antea in quibusvis mensibus etiam per sanctitatem suam ordinariis et aliis collatoribus etiam alternatim vel alias concessis seu concedendis quomodocumque[b] preterquam apud sedem apostolicam aut per obitum in locis a Romana curia ultra duas dietas legales non distantibus seu per liberam resignationem simpliciter vel ex causa permutationis in Romana curia vel extra eam auctoritate apostolica admissam primo vacare contigerit, ad quarumcumque collationem, provisionem, presentationem, electionem vel aliam dispositionem pertineant, sue et dicte sedis collationi et dispositioni hac vice dumtaxat specialiter reservavit, districtius inhibens quibusvis expectantibus, ne illos, illas vel illa quarumvis expectativarum aut aliarum similium gratiarum apostolicarum etiam motu proprio et sub quavis verborum forma et cum quibusvis prerogativis et antelationibus concessarum hactenus vel in posterum concedendarum vigore acceptare nec non eisdem collatoribus, ne de illis disponere quoquo modo presumant, ita etiam quod de sic reservatis canonicatibus et prebendis, locis[c], portionibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis aut parochialibus ecclesiis per sanctitatem suam aut eius auctoritate pro tempore facte collationes et provisiones tamquam inadvertenter facte non valeant, nisi in litteris desuper conficiendis presens reservatio dispositive enarrata fuerit, decernens irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Voluit autem presentem reservationem post decem dies post eius in Cancellaria apostolica publicationem locum sibi incipere vendicare illam-

[22] *Tarragona, Katalonien, Spanien*.
[23] *Tortosa, Katalonien, Spanien*.
[24] *Pamplona, Navarra, Spanien*.

que post annuum, sive interim totalem effectum sortita fuerit sive non, omnino cessare, et quod reservationi, inhibitioni et decreto huiusmodi per quascumque expectativas aut alias similes gratias etiam illi expresse derogantes derogari non possit, nisi de verbo ad verbum totius reservationis tenor in illis insertus fuerit, non obstantibus apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque.

Placet, publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[25]. R‹odericus›[26] vice-cancellarius.

Lecta et publicata ‹est› supradicta reservatio, Mantue[27] in Cancellaria apostolica, anno domini MCCCCLIX, indictione septima, die vero martis vigesima mensis novembris pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno secundo[28].

---

[25] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[26] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[27] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[28] *1459 November 20*.

---

[a] Dertusensis *Firenze 64* Dutuson.
[b] quomodocumque *Firenze 64* quoquomodocumque
[c] locis *Firenze 64* latis

## 119.

REGULA SUPER CLAUSULA, QUOD OBSTANTIE BENEFICIALES HABEANTUR PRO EXPRESSIS IN REFORMATIONIBUS DESUPER FACIENDIS[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa II[b] providere volens, ne illi, qui quevis ecclesiastica beneficia[c] vacantia vel certo modo vacatura ab eo impetraverint vel pro quibus ea[d] impetranda[e] fuerint, si in huiusmodi impetrationibus petitum et non concessum fuerit, quod non obstantie beneficiales pro[f] expressis habeantur seu[g], si concessiones sub motu proprio petite per „Fiat, ut petitur“ signate fuerint[h], suarum impetrationum et concessionum huiusmodi frustentur effectu, voluit et ordinavit, quod ipsi impetrantes vel, pro quibus impetrationes seu concessiones ipse[i] facte fuerint, possint, si[j] sint presentes in loco residentie ipsius domini nostri, infra unum et, si absentes et[k] citra montes, infra duos, si ultra montes constituti fuerint, infra quattuor[l] menses a die date impetrationis vel concessionis huiusmodi; illi etiam, qui tempore recessus ipsius domini nostri ab alma Urbe in eadem Urbe[m] remanserunt, si que pro[n] eis tales impetrationes vel concessiones facte sint, potuerint[o] usque nunc et similiter possint infra mensem a dat(a) presentium computandum per reformationes impetrationum et concessionum

earundem suas non obstantias exprimere et, si reformationes ipse, quas per datarium sub die signature reformationum earundem datari voluit, per ipsum dominum nostrum cum clausula „Et sub prima data“ expedite fuerint, expediantur littere super huiusmodi impetrationibus cum huiusmodi non obstantiarum expressione sub prima data. Si vero impetrantes ipsi vel, pro quibus impetrationes huiusmodi facte sint, in impetrandis dictis reformationibus infra terminum per presentes ipsis[p] ad id[q] prefixum negligentes fuerint, omnino careant impetratis et impetrationes aliorum de eisdem beneficiis; si que medio tempore alias canonice facte[r] reperiantur, ab eadem[s] data valide censeantur. R‹odericus›[1] Valentinus.

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

---

[a] Regula – faciendis *BL 2850, VL 6343*
[b] in - II *Firenze 64* etc.
[c] *BL 2850 folgt* ecclesiastica
[d] ea *Paris 4172* et
[e] impetranda Firenze 64 impetrata
[f] pro *Firenze 64* quo
[g] seu *VL 6343* se
[h] *BL 2825, VL 6343, Paris 4172 folgt* ne
[i] ipse *fehlt Firenze 64*
[j] si *BL 2825, VL 6343, Paris 4172* et
[k] et *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* si
[l] quattuor *Firenze 64* IIII
[m] in eadem Urbe *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343*
[n] pro *Firenze 64* per
[o] potuerint *Paris 4172* poterunt
[p] ipsis *fehlt Firenze 64*
[q] *Firenze 64 folgt* eis
[r] facte *fehlt BL 2825, VL 6343, Paris 4172*
[s] eadem *Firenze 64* eorum

**120.**

Item idem dominus noster decrevit et declaravit omnes publicationes acceptationum et provisionum de quibusvis beneficiis ecclesiasticis vigore gratiarum expectativarum pro presentibus in Romana curia post recessum ipsius domini nostri ab urbe Romana sive in ipsa Urbe in Audientia contradictarum vel tempore vacationum ibidem in Cancellaria, quam tunc in ipsa Urbe remanere voluit, sive in locis, ubi ipse dominus noster residentiam fecit, similiter in Cancellaria coram presidentibus in illa hactenus factas et in antea tam in Urbe in Audientia contradictarum quam in locis, in quibus idem dominus noster residebit, in Cancellaria huiusmodi usque ad reditum ipsius ad Urbem faciendas validas et efficaces censeri et illis, pro quibus facte sunt, suffragari debere, ac si absque ambiguitate aliqua

iuxta tenorem constitutionum de huiusmodi publicationibus faciendum per eum edite facte forent. R‹odericus›[1] vicecancellarius[a].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 121.

Item idem dominus noster declaravit ac voluit et decrevit, quod omnia et singula ecclesie, monasteria ac beneficia ecclesiastica quarumcumque qualitatum, que postquam ipse dominus noster ab alma Urbe recessit, per obitum quorumcumque Romanam curiam sequentium, qui in eadem Urbe seu in quocumque loco inter Urbem ipsam et civitatem Mantuanam decesserint seu decedent, apud sedem apostolicam vacavisse et vacare et ut apud sedem apostolicam vacantia dispositioni apostolice generaliter reservata censeri debuisse et debere. R‹odericus›[1] vicecancellarius[a].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 122.

Item idem dominus noster attendens, quod absolutiones a quibusvis censuris ecclesiasticis quecumque ad effectum gratiarum ab ipso obtentarum per eum conceduntur, sub ipsa generaliter, qua hactenus facte reperiuntur, pluribus occasionem prestare possunt censuras ipsas vilipendendi aut in illis insorde‹s›cendi, statuit, ordinavit et decrevit, quod tales absolutiones nulli suffragentur, qui ob non paritionem sententiarum diffinitivarum aut precepti inconfessum, que in rem transiverunt iudicatam, excommunicati fuerint et illas scienter per quattuor menses sustinuerint nec etiam quandocumque etiam infra IIII menses excommunicatus a iure propter iniectionem ‹manuum›[a] etc. aut incendia et violationes ecclesiarum aut falsitatum litterarum apostolicarum per se vel alios vel propter usum earum scienter vel propter heresim vel eius occasione aut propter delationem rerum vetitarum ad infideles aut propter fractiones baltat(is) ecclesiastice nec etiam iis, qui ausu temerario non per viam iuri, sed facti mandatis apostolicis resisterint obedire ac eorum nuntios vel executores similiter impediverint, et generaliter nulli, qui scienter in excommunicationes latas ab homine sive a iure per annum insorduerint.

Placet, publicentur in Audientia et describantur in Cancellaria, E‹neas›[1]. R‹odericus›[2] vicecancellarius.

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Mantue[3] in Cancellaria apostolica, anno domini MCCCCLIX, indictione octava, die vero iovis tertia mensis ianuarii pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno secundo[4].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[3] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[4] *1460 Januar 3.*

---

[a] *Firenze 64 Lücke von ca. 1 cm*

### 123.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] voluit et decrevit ac declaravit, quod omnes et singuli, qui ab eo quascumque gratias expectativas impetrarunt, non debeant censeri fuisse astricti[b] ad faciendam mentionem de huiusmodi expectativis gratiis in quibuscumque aliis beneficialibus gratiis seu impetrationibus post datam gratiarum expectativarum etiam ab eo obtentis ante expeditionem litterarum[c] super eisdem expectativis gratiis conficiendarum seu confectarum, sed ipse alie impetrationes et gratie ab earum data valide et efficaces censeantur perinde, ac si in illis de ipsis[d] expectativis gratiis mentio sufficiens facta foret[e].

---

[a] in – secundus *Firenze 64* etc.
[b] *Firenze 64* assecuti
[c] expectativarum - litterarum *fehlt Firenze 64*
[d] ipsis *fehlt Firenze 64*
[e] *Sevilla 7 folgt* etc. Et t(antu)m provenit *(?)* ex regulis Cancellarie sanctissimi domini nostri Pii pape secundi

### 124.

Item idem dominus noster tempus de expediendis litteris super beneficialibus gratiis et dispensationibus per felicis recordationis Calixtum papam tertium[a] concessis in forma „Rationi congruit“ pro illis, qui infra terminum expeditionis huiusmodi adhuc iuxta ordinationem alias super hoc per ipsum factam existunt, usque ad quattuor menses dicti termini gratiose prorogavit.

Placet et describatur in libro Cancellarie, E‹neas›[1]. R‹odericus›[2] vicecancellarius[b].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Mantue[3] in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLIX, indictione octava, die vero martis XV mensis[c] ianuarii pontificatus sanctissimi domini nostri anno secundo[4].

---

[3] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[4] *1460 Januar 15*.

---

[a] tertium *Firenze 64* III
[b] R‹odericus› vicecancellarius *fehlt Firenze 64*
[c] mensis *fehlt Sevilla 7*

---

## 125.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius pape secundus[a] statuit et ordinavit, quod nullus deinceps preter sanctitatem suam, etiam sancte Romane ecclesie cardinales et vicecancellarius in quacumque instantia et super quacumque[b] re possit committere causas, in quibus auditores Palatii apostolici vel eorum aliquis actor vel reus existat, etiamsi cause appellationum[c] ab interlocutoria vel a gravamine forent ac etiamsi cause ipse essent ad Romana curia devolute aut in ea de iuris neccessitate tractande, quod, si secus actum fuerit, tam commissio quam processus et omnia inde[d] secuta a presentium publicatione sint nullius roboris vel momenti, stilo Palatii, regulis Cancellarie, consuetudinibus et aliis in contrarium facienditibus non obstantibus quibuscumque.

Placet, legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, et quod cause notariorum Palatii per vicecancellarium committantur extra Rotam.

Lecta et publicata fuit ista regula, Senis[1], in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLIX, indictione septima, die vero sabbati XXIII mensis februarii pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno secundo[2], A‹ntonius› de Racaneto[e3].

---

[1] *Siena, Toskana, Italien*.
[2] *1460 Februar 23*.
[3] *Antonius Jacobi de Veneriis.*

---

[a] in - secundus *Firenze 64* etc.
[b] super quacumque *Firenze 64* quecumque
[c] appellationum *fehlt Firenze 64*
[d] inde *Sevilla 7* exinde
[e] A. de Racaneto *fehlt Firenze 64*

## 126.

Sanctissimus dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] volens salubriter providere circa impetrationes, que fiunt de beneficiis generaliter reservatis, ne sub quadam generalitate vel[b] verborum[c] involutione[d] fraudulenter et[e] per circumventionem[f] impetrari valeant, voluit, statuit et ordinavit, quod in quibuscumque impetrationibus beneficialibus, etiamsi in forma „Si neutri", surrogationis vel nove provisionis fuerint, per quamcumque signaturam nulla detur in futurum in litteris apostolicis generalis reservatio vel clausula, unde generalis reservatio elici possit, etiamsi in petitionis[g] corpore expresse de ea mentio fiat vel per reformationem impetretur, nisi per clausulam specialem et ad partem specifica et expressa mentio facta fuerit et dispositive de ipsa generali reservatione et de eius causa et modo et ipsa clausula specialiter per „Fiat" signata fuerit, quacumque alia ordinatione non obstante.

---

[a] dominus – secundus *Firenze 64* etc.
[b] vel *fehlt Sevilla 7*
[c] *Sevilla 7 folgt* ut
[d] involvere
[e] et *Sevilla 7* vel
[f] circumventionem *Firenze 64* circumvenientem
[g] petitionis *Sevilla 7* impetrationis

## 127.

Item voluit[a] idem sanctissimus dominus noster providere, ne beneficia ecclesiastica sine canonico titulo detineantur et omnis tollatur occasio vitiose occupationis et detentionis illorum, et provide considerans non per concessiones et signaturas, sed[b] per litteras apostolicas illa canonice possideri, cupiens etiam fraudibus et illusionibus, que circa hoc fiunt, obviare voluit, statuit et decrevit omnes et singulas impetrationes beneficiales super quibusvis beneficiis ecclesiasticis ordinaria auctoritate aut legatorum vel gratiarum expectativarum vigore per ipsos impetrantes possessio in forma nove provisionis de cetero faciendas, etiamsi supplicationes motu proprio concesse et signate fuerint, nisi infra sex menses ab earum datis computandos littere apostolice desuper confecte fuerint, nullas esse et inanes nulliusque roboris vel momenti, nisi ipse sanctissinus dominus noster post huiusmodi terminum elapsum super illis litteras apostolicas expediri mandaverit, quo casu presens regula et ordinatio nullum tali impetranti voluit afferre preiudicium, quo minus a tempore concessionis ius suum semper illesum conservatum fuerit, presente ordinatione non obstante, quod etiam locum habere voluit in taliter impetrantibus, qui infra IIII[c] menses a die concessionis et impetrationis huiusmodi beneficiorum ipsorum aliarum collationum et provisionum predictarum pretextu possessionem adepti fuerint, decernens insuper alias

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

impetrationes dictorum beneficiorum, quas per prefatos possessores post dictos sex menses iterum[d] fieri contigerit, nullius existere firmitatis, nisi de pretextu impetratione expressam fecerint mentionem.

Placet, publicentur in Audientia et describantur in Cancellaria apostolica[e], E‹neas›[1]. R‹odericus›[2] vicecancellarius[f].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Senis[3] in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLX, indictione octava[g], die vero iovis septima[h] mensis augusti pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno secundo[4].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[3] *Siena, Toskana, Italien.*
[4] *1460 August 7.*

---

[a] voluit *fehlt Firenze 64*
[b] sed *Sevilla 7* si
[c] IIII *Sevilla 7* 4[or]
[d] iterum *Sevilla 7* interim
[e] apostolica *fehlt Firenze 64*
[f] R‹odericus› vicecancellarius *fehlt Firenze 64*
[g] octava *Sevilla 7* VIII
[h] septima *Sevilla 7* VII

## 128.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius papa secundus reservationem[a] dudum videlicet XX mensis novembris pontificatus sui anno secundo[b1] de certis beneficiis in quibuscumque[c] ecclesiis, civitatibus et diocesibus regnorum et dominiorum serenissimi principis domini Iohannis[2] Aragonum regis vacaturis a se factam et in libro Cancellarie apostolice[d] descriptam[3], quam per annum durare voluerat, cui idem rex, cuius intuitu sanctitas sua dictam regulam ediderat, de paucis beneficiis intentum suum consecutus fuerat, ad unum alium annum a fine ipsius anni computandum prorogavit et sub eadem reservatione comprehendi voluit etiam quecumque beneficia iuxta dicte constitutionis seriem vacatura, que ex personis illa obtinentium vel alias dispositioni apostolice generaliter reservata fuerint, preterquam beneficia familiarium suorum et reverendissimorum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium in presentia[e] existentium, que sub dicta constitutione comprehendi noluit[f], decernens etiam per quamcumque signaturam aut concessionem, etiam motu proprio[g] factam, in nullo posse[h] derogari predicte regule ac

---

[1] *1459 November 20*.
[2] *Johann II., 1458-1479 König von Aragon und 1425-1479 von Navarra*.

presenti consitutioni, nisi in supplicatione manu sue sanctitatis ad[i] partem responsum fuerit sub hiis verbis „Fiat etiam cum derogatione regule in regis favorem edite“. Ipsa autem reservatio robur obtineat a die publicationis ad XX dies postea.

Placet, legatur in Audientia et describatur[j] in Cancellaria, E‹neas›[4].

Datum Rome apud Sanctum Petrum, tertiodecimo kalendas decembris anno tertio[5]. Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica, Rome, anno domini millesimo CCCCLX, indictione VIII, die vero quinta mensis decembris pontificatus sanctissimi etc. anno tertio[k6].

---

[3] = *Nr. 118*.
[4] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[5] *1460 November 19*.
[6] *1460 Dezember 5.*

---

[a] in – reservationem *Firenze 64* etc.
[b] secundo *Sevilla 7* tertio
[c] quibuscumque *Sevilla 7* quibusdam
[d] apostolice *fehlt Sevilla 7*
[e] presentia *Firenze 64, Sevilla 7* presentiarum
[f] noluit *Sevilla 7* voluit
[g] proprio *fehlt Sevilla 7*
[h] posse *Sevilla 7* possit
[i] ad *Firenze 64* quod
[j] describatur *Firenze 64* scribatur
[k] Lecta - tertio *fehlt Firenze 64*

## 129.

(1) Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a], die XIIII mensis ianuarii pontificatus sui anno tertio[1], in singulis Bracharensi[2], Ulixbonensi[3], Colimbriensi[4], Elborensi[5], Portugalensi[6], Visensi[b7], Egitanensi[8], Lamecensi[9] et Silvensi[10] nec non in singulis beate Marie de Vimazanis[11] et eiusdem beate Marie de Alcacova[12] Bracharensis et Ulixbonensis diocesibus singulos canonicatus et singulas prebendas ac dignitates nec non in singulis Ulixbonensi, Columbriensi, Elborensi, Portu-

---

[1] *1461 Januar 14*.
[2] *Braga, Norte, Portugal*.
[3] *Lissabon, Lisboa, Portugal*.
[4] *Coimbra, Centro, Portugal*.
[5] *Evora, Alentejo, Portugal*.
[6] *Porto, Norte, Portugal*.
[7] *Viseu, Centro, Portugal*.
[8] *Idanha a Nova, Centro, Portugal*.
[9] *Lamego, Norte, Portugal*.
[10] *Silves, Algarve, Portugal*.
[11] *Guimarães, Norte, Portugal*.
[12] *Santarém, Alentejo, Portugal*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

galensi, Visensi[c] et Egitanensi ac Lamecensi duas et in Bracharensi[d] et Silvensi civitatibus et diocesibus singulas et in administratione Tudensi[13] duas parochiales ecclesiasticas seu earum perpetuas vicarias, quarum singularum fructus, redditus et proventus ultra XXX librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valeant annuatim, quos et quas ex nunc in antea in quibusvis mensibus etiam per sanctitatem suam ordinariis et aliis collatoribus etc. alternatim vel alias concessis seu concedendis quocumque preterquam per obitum[e] apud sedem apostolicam aut per obitum in locis a Romana curia ultra duas dietas legales non distantibus seu per liberam resignationem simpliciter vel ex causa permutationis in Romana curia vel extra auctoritate apostolica admissam primo vacare contigerit, ad quorumcumque collationem, provisionem, presentationem, electionem vel aliam dispositionem pertineant, etiamsi ex personis illa obtinentibus vel alias dispositioni apostolice generaliter reservata fuerint, preterquam beneficia familiarium suorum et reverendissimorum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium in presentia[f] existentium, que sub dicta constitutione comprehendi noluit, sue et dicte sedis collationi et dispositioni hac vice dumtaxat specialiter reservavit, districtius inhibendo quibusvis expectantibus, ne illos vel illas quarumvis expectativarum aut aliarum similium gratiarum[g] apostolicarum etiam motu proprio et sub quavis verborum forma et cum quibusvis prerogativis et derogationibus concessarum hactenus vel in posterum concedendarum vigore acceptare nec non eisdem collatoribus, ne de illis disponere quoquo modo presumant, ita etiam quod de sic reservatis canonicatibus et prebendis, dignitatibus[h] ac parochialibus ecclesiis per suam aut eius auctoritate pro tempore facte collationes et provisiones tamquam inadvertenter facte non valeant, nisi in litteris desuper conficiendis presens reservatio dispositive enarrata fuerit, decernens ex nunc irritum et inane[i], si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, volens[j] autem presentem reservationem post decem dies post eius in Cancellaria apostolica publicationem locum sibi incipere vendicare illamque post annum, sive interim totalem effectum sortita fuerit sive non, omnino cessare, et quod reservationi, inhibitioni et decreto huiusmodi per quascumque expectativas aut alias similes gratias etiam illi expresse derogantes derogari non possit, nisi de verbo ad verbum totus presentis reservationis tenor in illis insertus fuerit, etiam quod per quamcumque signaturam aut concessionem etiam motu proprio factam in nullo possit derogari predicte regule aut presenti constitutioni, nisi in supplicatione manu sue sanctitatis ad partem responsum fuerit sub hiis verbis „Fiat[k] de deroga-

[13] *Tui, Galizien, Spanien*.

tione regule in regis favorem edite“, non obstantibus constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula[l] in Cancellaria apostolica, Rome, die XXIIII ianuarii anno incarnationis dominice millesimo CCCCLX[m], indictione nona, pontificatus eiusdem domini nostri[n] anno tertio[14].

---

[14] *1461 Januar 24*.

---

[a] in Christo pater et do(minus) noster do(minus) Pius divina providentia papa secundus *Firenze 64* etc.
[b] *Firenze 64* Vilen.*; Sevilla 7* Vicen.
[c] *Firenze 64* Vilen.*; Sevilla 7* Vicen.
[d] *Firenze 64* Barcharen.
[e] per obitum *fehlt Sevilla 7*
[f] presentia *Firenze 64, Sevilla 7* presentiarum
[g] *Firenze 64 folgt* expectativarum
[h] dignitatibus *fehlt Firenze 64*
[i] et inane *fehlt Firenze 64*
[j] volens *fehlt Firenze 64*
[k] *Sevilla 7 folgt* et
[l] regula *fehlt Firenze 64*
[m] millesimo CCCCLX *Firenze 64* MCCCCLX
[n] domini nostri *Firenze 64* sanctissimi etc.

(2) Die XII[a] mensis ianuarii 1462[1] a nativitate domini prelibatus sanctissimus dominus noster prescriptam reservationem ad alium annum a fine dicti anni computandum et immediate proxime futurum prorogavit, R‹odericus›[2] vicecancellarius.

---

[1] *1462 Januar 12*.
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

---

[a] XII *Firenze 64 korrigiert aus* XXII

## 130.

SI EST FACTA SIGNATURA SUPER DISPENSATIONIBUS MATRIMONII, NATALIUM, ETATIS ETC. ET LITTERE NON FUERINT EXPEDITE INFRA VI MENSES, ULTERIUS NON POSSUNT EXPEDIRI[a].

Sanctissimus dominus noster dominus papa secundus[b] intendens[c] fraudibus et malitiis multorum abutentium concessionibus seu[d] signaturis sive litteris desuper confectis et animarum periculis obviare voluit, statuit et ordinavit, quod littere apostolice super concessionibus vel signaturis dispensationum quarumcumque, sive matrimoniales sint sive etatis aut natalium defectu, vel obtinendis incompatibilibus beneficiis vel irregularitatibus aut quibuscumque aliis dispensationibus quibusvis personis per eundem dominum nostrum hactenus concessis, si ille pro citramontanis concesse et signate fuerint[e], infra sex[f], si vero pro

ultramontanis, infra octo menses a die publicationis presentis regule in Audientia faciende, supradictis concedendis[g] vero, quod[h] omnes infra sex menses a die[i] signature sive motu proprio vel ad supplicationem facte totaliter expediantur, decernens predictis mensibus elapsis concessiones et signaturas huiusmodi nullius existere firmitatis seu roboris vel momenti nec umquam in aliquo suffragari.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice millesimo CCCCLX[j], indictione nona, die vero sabbati septima mensis februarii pontificatus etc.[k] anno tertio[1].

---

[1] *1461 Februar 7.*

---

[a] Si - expediri *Sevilla 7, marginal links von 2. Hand*
[b] dominus - secundus *Firenze 64* etc.
[c] *Sevilla 7 folgt* super
[d] seu *Sevilla 7* super
[e] fuerit *fehlt Sevilla 7*
[f] sex *Firenze 64* VI
[g] supradictis concedendis *Firenze 64* super concedendo
[h] quod *Firenze 64, Sevilla 7* quoad
[i] die *Sevilla 7* data
[j] millesimo - LX *Firenze 64* MCCCCLX
[k] pontificatus etc. *Sevilla 7* eiusdem sanctissimi

**131.**

[...] INT[ER] MENSES [..], QUIBUS [...] VACARE CONTINGERINT, [... NON V]ALEANT[a].

Sanctissimus do(minus) noster do(minus) Pius papa secundus[b] attente considerans, quod alias in favorem prelatorum et ordinariorum collatorum super conferendis per eos beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem pertinentibus, que in mensibus martii, iunii, septembris et decembris vacare contigerit, quandam edidit constitutionem ac deinde nonnullis ex ipsis prelatis seu collatoribus conferendi beneficia huiusmodi in sex alternatim mensibus vacantia per litteras apostolicas[c] speciales concessit facultatem quodque quamplurimi ex eis in preiudicium expectantium et exclusionem gratiarum apostolicarum diversimode facultate et litteris abutentur, intendens fraudibus et malitiis huiusmodi obviare, die duodecima[d] mensis februarii pontificatus sui anno tertio[1], statuit et ordinavit, quod omnes et singule huiusmodi facultatum littere, etiam motu proprio et ex certa scientia per eum concesse et in posterum concedende ad februarii, aprilis, iunii, augusti, octobris et decembris menses tantummodo[e] se extendant ita, quod ex mensibus anni primus cedat expectantibus ac secundus ordinariis collatoribus et deinceps successive, etiamsi ad illos[f]

menses littere fuerint desuper expedite, quodque ordinarii collatores huiusmodi facultatum litteris de cetero uti nequant, nisi illas in eorum ecclesiis cathedralibus diebus dominicis aut festivis, dum[g] inibi maior populi multitudo convenerit ad divina, infra missarum sollemnia sollemniter semel coram notario et testibus fecerint publicari, alioquin littere predicte ante publicationem huiusmodi, quoad ipsarum effectum et collationes et provisiones earundem, pretextu habite nullius sint roboris vel momenti. Voluit insuper, quod dicta regula post tres menses a tempore publicationis in Audientia fiende liget et artet ordinarios et quoscumque.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice millesimo CCCCLX[h], indictione nona[i], die sabbati XIIII[2], in Audientia vero contradictarum, die iovis decima nona[j] mensis februarii pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri[k] anno tertio[3].

---

[1] *1461 Februar 12*.
[2] *1461 Februar 14*.
[3] *1461 Februar 19*.

---

[a] [...] – valeant *Sevilla 7, von 2. Hand am linken Rand (verblasst)*
[b] dominus - secundus *Firenze 64* etc.
[c] apostolicas *fehlt Firenze 64*
[d] duodecima *Firenze 64* XII
[e] tantummodo *Firenze 64* immo
[f] illos *Sevilla 7* alios
[g] dum *Sevilla 7* dudum
[h] incarnationis - LX *Firenze 64* MCCCCLX
[i] nona *Firenze 64* IX
[j] decima nona *Firenze 64* XIX
[k] eiusdem - nostri *Sevilla 7* etc.

## 132.

Sanctissimus in Christo pater dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] provide considerans, quod reservatio canonicatuum et[b] prebendarum ac dignitatum nonnullarum cathedralium, etiam metropolitanum, nec non parochialium ecclesiarum in quibusdam civitatibus et diocesis regni Portugalie tunc expressarum consistentium per eum cum[c] inhibitione et decreto die XIIII mensis ianuarii pontificatus sui anno tertio[1] facta, quam voluit post decem dies, postquam in Cancellaria apostolica publicata foret, locum sibi incipere vendicare, propter viarum discrimina et locorum distantiam ad locorum ordinarium[d] canonicatuum et prebendarum, dignitatum[e], parochialium ecclesiarum huiusmodi notitiam verisimiliter pervenire non potuit, ad omne ambiguitatis dubium tollendum declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod reservatio, inhibitio et decretum huiusmodi non post

---

[1] *1461 Januar 14*.

decem dies, sed post quadraginta dies a die publicationis facte huiusmodi[f] locum sibi vendicasset et vendicaret ac omnes et singulas collationes et provisiones canonicatuum et prebendarum nec non dignitatum et parochialium ecclesiarum huiusmodi, si qui vel si que infra dictos quadraginta[g] dies vacarunt, dummodo alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati vel reservate non forent, per ordinarios collatores alias canonice factas, non obstante reservatione, inhibitione et decreto huiusmodi, validas fuisse et esse nec non irritum et inane, quidquid secus acceptatum forsan est vel in posterum contigerit attemptari.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica, die sabbati XIII mensis iunii anno domini millesimo CCCCLXI[h], indictione nona[i], pontificatus eiusdem domini nostri Pii pape secundi[j] anno tertio[2].

---

[2] *1461 Juni 13.*

---

[a] in – secundus *Firenze 64* etc.
[b] *Firenze 64* etiam
[c] cum *Sevilla 7* que
[d] ordinarium *Firenze 64* ordinariorum
[e] dignitatum *fehlt Firenze 64*
[f] non post – huiusmodi *fehlt Firenze 64*
[g] quadraginta *Firenze 64* XL
[h] anno - LXI *Firenze 64* MCCCCLXI
[i] nona *Firenze 64* IX
[j] eiusdem – secundi *Firenze 64* etc.

## 133.

AP[OSTOLICI] FAMILIA[RES ...] PARI[TATI?] NOVIS FAMILIARIBUS NO[N?] PRED[ICTIS?] NOVI FAMILIARES[a].

Licet sanctissimus dominus noster motu proprio et ex certa scientia vel alias qualitercumque decreverit seu declaraverit aliquos suos veros familiares esse et continuos commensales ac etiam in libro Cancellarie[b] descriptos omnibusque privilegiis et prerogativis gaudere, quibus[c] tales familiares gaudent quoquo modo, nihilominus sanctitas sua motu et scientia similibus decernit et declarat tunc[d] et semper sue intentionis fuisse et esse hos nullo modo preiudicare potuisse aut posse hiis, qui familiares et re vera sanctitatis sue actu continui commensales existunt etiam non descripti, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, etiamsi de illis esset facienda mentio specialis et de verbo ad verbum[e].

Lecta et publicata ac affixa fuit in Cancellaria apostolica predicta regula anno incarnationis dominice millesimo CCCCLXI[f], indictione nona[g], die vero XIIII[h] mensis iulii pontificatus eiusdem domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi[i] anno tertio[j1].

[1] *1461 Juli 14*.

[a] Ap[...] – familiares *Sevilla 7, auf dem linken Rand von 2. Hand (verblasst)*
[b] *Firenze 64 folgt* apostolice
[c] quibus *Firenze 64* quod
[d] tunc *RV 509* nunc
[e] *RV 509 folgt* de indulto huiusmodi mentionem
[f] Millesimo - LXI *Firenze 64* MCCCCLXI
[g] nona *Firenze 64* IX
[h] XIIII *Sevilla 7* quinta
[i] eiusdem - secundi *Firenze 64* etc.
[j] Lecta - tertio *fehlt RV 508, RV 509*

## 134.

Sanctissimus etc. reservationem dudum videlicet XX mensis novembris pontificatus sui anno secundo[1] de certis beneficiis in quibusdam ecclesiis, civitatibus et diocesibus regnorum et dominiorum serenissimi domini Iohannis[2] Aragonum regis illustris vacaturis a se factam[3], quam per annum tunc durare voluerat et per unum alium annum cum certis clausulis, declarationibus et decretis prorogari et in libro Cancellarie apostolice describi voluit et mandavit[4], cum numerus beneficiorum ibi comprehensorum nondum sit completus, ad alium annum a fine prorogationis huiusmodi incipiendum cum omnibus et singulis in dicta regula et eius prorogatione contentis clausulis certis de causis animum suum moventibus prorogavit.

Lecta et publicata fuit in Cancellaria apostolica, die XXVI mensis novembris MCCCCLXI, indictione nona, pontificatus prefati domini nostri anno quarto[a5].

[1] *1459 November 20*.
[2] *Johann II., 1425-1479 von Navarra und 1458-1479 König von Aragon.*
[3] = *Nr. 118.*
[4] = *Nr. 128*.
[5] *1461 November 26*.

[a] *Layoutendnote*

## 135.

Suadentibus certis rationabilibus causis in singulis sancti Felicis Gerundensis[1] et sancti Iohannis de Perpiniano[2] et Balagarii[3] nec non de Calataiubio[4] et beate Marie de Brogia[5]

[1] *Girona, Katalonien, Spanien*.

Elnensis, Urgellensis et Tirasonensis diocesium singulos canonicatos et prebendas in illis quoque et prioratum beate Marie de Pilaris Cesaraugustane[6] ordinis sancti Augustini singulas dignitates, personatus, administrationes vel officia etiam curatas et electivas nec non in Valentinensi[7] unum et altera Segobricensi[8] et sancte Marie de Albarazanio[9] unum et in Barchinonensi[10] duo et in Gerundensi etiam duo, etiamsi alterum eorum locus presbiteralis fuerit, et in Elnensi[11] unum et in Vicense[12] duo nec non Ilerdense[13] duo, etiamsi alterum eorum integra portio fuerit, et in altera Oscensi[14] vel Iacensi[15] unum et in Maioracensi[16] duo, in Terraconensi[17] vero duo et Dertusensi[18] unum, etiamsi portiones vel commensalie, nec non in Cesaraugustana dicti ordinis duo, etiamsi alterum eorum archipresbiteratus et alterum portio, et in dicto prioratu beate Marie de Pilari unum, in Pampilonensi[19] vero ecclesiis, civitatibus et diocesibus unum, etiamsi huiusmodi portio fuerit perpetua beneficia ecclesiastica sine cura clericis secularibus assignari consueta, in Barchinonensi quoque unum et in Gerundensi etiam unum et in Elnensi similiter unum ac in Vicensi diocesibus antedictis etiam unum nec non ad collationem etc. communiter vel divisim abbatis et conventus monasterii Montisaragonum[20] ordinis et ‹in› Oscensi diocesi predictorum etiam unum prioratum seu prepositturam ruralem et regularem[a] quorumvis ordinum, quorumquidam beneficiorum, prioratuum et prepositurarum cuiuslibet ultra XX, preterea in Cartaginensi, quatenus dominiis carissimi in Christo filii nostri Iohannis Aragonum regis illustris subest, unam et in Valentinensi unam et in Dertusensi duas et in Barchinonensi unam et in Vicensi unam nec non Ilerdensi unam et in Cesaraugustana unam et in Pampilonensi duas et in Marioricensi civitatibus vel diocesibus antedictis unam parochiales ecclesias, quarum quelibet[b] ultra L libras Barchinonensium fructus etc. secundum communen extimationem

---

[2] *Perpignan, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*
[3] *Balaguer, Katalonien, Spanien.*
[4] *Calatayud, Aragon, Spanien.*
[5] *Borja, Aragon, Spanien.*
[6] *Zaragoza, Aragonien, Spanien.*
[7] *Valencia, Valencia, Spanien*.
[8] *Segorbe, Valencia, Spanien*.
[9] *Albarracin, Aragonien, Spanien.*
[10] *Barcelona, Katalonien, Spanien.*
[11] *Elne, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[12] *Vic, Katalonien, Spanien*.
[13] *Lleida, Katalonien, Spanien*.
[14] *Huesca, Aragonien, Spanien.*
[15] *Jaca, Aragonien, Spanien*.
[16] *Mallorca, Balearische Inseln, Spanien*.
[17] *Tarragona, Katalonien, Spanien*.
[18] *Tortosa, Katalonien, Spanien*.
[19] *Pamplona, Navarra, Spanien*.
[20] *Montearagón, Kastilien-La Mancha, Spanien.*

valeant annuatim, qui ex nunc in antea in quibusvis mensibus etiam per nos ordinariis et aliis collatoribus etiam alternatim vel alias concessis seu concedendis quomodocumque, etiamsi generaliter vel specialiter reservat(i) existant, preterquam per obitum apud sedem apostolicam aut per obitum in locis a Romana curia ultra duas dietas legales non distantibus seu per liberam resignationem simpliciter vel ex causa permutationis in Romana curia vel extra eam auctoritate apostolica admissam primo vacare contigerit, ad quorumcumque collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertineant, preter et ultra reservationem de canonicatibus et prebendis, personatibus, administrationibus, officiis, parochialibus ecclesiis ac beneficiis in civitatibus et diocesibus antedictis alias per nos factam et in libro Cancellarie apostolice descriptam nostre et dicte sedis collationi et dispositioni hac vice dumtaxat specialiter reservamus, districtius inhibentes quibusvis expectantibus, ne illos, illa vel illas quarumvis expectativarum aut aliarum similium gratiarum apostolicarum etiam motu proprio et sub quavis verborum forma et cum quibusvis prerogativis et derogationibus concessarum hactenus vel in posterum concedendarum vigore acceptare nec non eisdem collatoribus, ne de eisdem beneficiis disponere quoquo modo presumant, ita etiam quod de sic reservatis canonicatibus, prebendis, locis, portionibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis ac parochialibus ecclesiis per nos seu auctoritate nostra pro tempore facte collationes et provisiones tamquam inadvertenter facte non valeant, nisi in litteris desuper conficiendis presens reservatio dispositive enarrata fuerit, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Volumus autem presentem constitutionem ilico post eius in Cancellaria apostolica publicationem locum sibi incipere vendicare illamque post biennium, sive interim totalem effectum sortita fuerit sive non, omnino cessare, et quod reservationi, inhibitioni et decreto huiusmodi per quascumque expectativas ac alias similes gratias etiam illi expresse derogantes derogari non possit, nisi de verbo ad verbum totius presentis reservationis tenor in illis insertus fuerit, non obstantibus apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque.

Lecta et publicata fuit in Cancellaria apostolica, die XIII ianuarii 1462 a nativitate domini, indictione decima, pontificatus Pii etc. anno quarto[21].

---

[21] *1462 Januar 13.*

---

[a] prioratum - regularem *Firenze 64* prioratus seu prepondituras rurales et regulares
[b] quelibet *Firenze 64* cuiuslibet

**136.**

[QUIS] IMPETRAVIT BENEFICIA VIVENT[IUM] [...] AMBITIONE [ET] AVATITIA, UT [IURIBUS] MORIENTIS [FA]CILIUS SURROGETUR, [N]ON SURROGETUR MORIENTIS IUR[IBUS][a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[b] cupiens eorum fraudibus obviare, qui per ambitionem et avaritiam beneficia viventium eo pretextu impetrant, ut illis morientibus tamquam collitigant(ibus) in illorum[c] iuribus facilius surrogentur, statuit et ordinavit, ut deinceps nemo in iure vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo vivente impetravit, aliquo modo surrogetur neque per gratiam „Si neutri" sive nove provisionis aut aliter ad illud[d] sibi pertineat aditus[e], nisi ex capite prioris impetrationis, si quid aliter per eundem dominum nostrum[f] inadvertenter fuerit factum, nullius sit roboris vel momenti.

---

[a] [Quis] - iur[ibus] *Sevilla 7, auf dem linken Rand von 2. Hand (verblasst)*
[b] in – secundus *Firenze 64* etc.
[c] illorum *Sevilla 7* eorum
[d] illud *Sevilla 7* illam
[e] sibi - aditus *Sevilla 7* editus
[f] per eundem - nostrum *fehlt Sevilla 7*

## 137.

FAMILIARES [...]ATUM ?) S[U]P[ER] FAMILIARES PAPE ALIQUA DIFER[RENTIA] ET I(N) NO(N)/V(ER)O ? IMMEDIATE[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[b] ad omne ambiguitatis dubium tollendum, an[c] familiares familiarium sue sanctitatis, etiam qui sumptibus ipsorum familiarium sue sanctitatis[d] vixerunt et vivunt, fuerint et sint familiares continui commensales ac prerogativis, antelationibus, exemptionibus, decretis, declarationibus et concessionibus aliis immediate familiaribus eiusdem sanctitatis in libro Cancellarie apostolice non descriptis per eiusdem sanctitatem quolibet concessis uti et gaudere poterint atque debeant, die prima mensis februarii pontificatus sui anno quarto[1] declaravit sue intentionis semper[e] fuisse et esse familiares familiarium huiusmodi, etiamsi sumptibus et expensis eorum familiarium sue sanctitatis in Palatio apostolico[f] vel extra[g] vixerint et vivant, veros suos familiares continuos commensales extitisse et esse ac huiusmodi prerogativis, exemptionibus, decretis, declarationibus et concessionibus gaudere et uti debuisse et debere pariformiter et absque ulla differentia sicut alii immediate familiares continui commensales eiusdem sanctitatis in dicto libro non descripti, etiamsi tempore date gratiarum expectativarum per eiusdem sanctitatem eis concessarum tales non

fuerint vel ab huiusmodi familiaritate decesserint seu eos[h] in futurum discedere[i] contingat quoad assecutionem beneficiorum dumtaxat, que durante huiusmodi familiaritate acceptaverunt vel ipsos in posterum contigerit acceptare, decernens irritum et inane[j], si secus super hiis attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari, ac quod etiam gaudeant illis prorsus et eisdem prerogativis, quibus gaudent veri sanctitatis sue familiares continui commensales, etiam concurrendo cum quibuscumque etiam familiaribus sanctitatis sue[k] descriptis ac veris continuis commensalibus ac actu in tinello sue sanctitatis[l] comedentibus, in contrarium facientibus[m] non obstantibus quibuscumque.

Lecte et publicate fuerunt, Rome in Cancellaria apostolica, die martis nona mensis februarii anno incarnationis dominice millesimo CCCCLXI[n], pontificatus eiusdem[o] anno quarto[2].

---

[1] *1462 Februar 1*.
[2] *1462 Febuar 9*.

---

[a] Familiares - immediate *Sevilla 7, auf dem rechten Rand von 2. Hand (verblasst)*
[b] in – secundus *Firenze 64* etc.
[c] an *Sevilla 7* in
[d] sue sanctitatis *fehlt Sevilla 7*
[e] semper *fehlt Firenze 64*
[f] apostolico *fehlt Sevilla 7*
[g] extra *Sevilla 7* etiam ultra
[h] eos *Sevilla 7* etiam
[i] discedere *Sevilla 7* decedere
[j] et inane fehlt *Firenze 64*
[k] sue *Sevilla 7* vestre*; Firenze 64 folgt* que non
[l] sue sanctitatis *Sevilla 7* sanctitatis vestre
[m] facientibus *Sevilla 7* familiaribus
[n] millesimo - LXI *Firenze 64* 1461
[o] eiusdem *Firenze 64* etc.

## 138.

Dilecto filio Roderico[1] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali sancte Romane ecclesie vicecancellario mandamus, quatenus omnes et singulas regulas Cancellarie, per quas nonnulla beneficia ecclesiastica[a] in certis civitatibus ecclesiis et diocesibus in terris sub dominio carissimi in Christo filii Iohannis[2] Aragonum regis illustris consistentia cum certis modis et formis ad[b] certum tempus reservavimus illudque ad aliud tempus prorogavimus[3], omnibus et singulis personis expectantibus[c], eas petentibus et acceptantibus[d] quemadmodum et[e] sub ea forma, quibus alie Cancellarie regule dari solite et extrahuntur,

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Johann II., 1458-1479 König von Aragon und 1425-1479 von Navarra*.
[3] *= Nr. 118, 128, 134f*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

dari et concedi faciat ac assignari, apostolicis constitutionibus et ordinationibus, stilo Cancellarie apostolice et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet[f], E‹neas›[4]. R‹odericus› Valentinus[g].

---

[4] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

---

[a] ecclesiastica *fehlt Sevilla 7*
[b] ad *Firenze 64* quod
[c] expectantibus *fehlt Sevilla 7*
[d] acceptatntibus *Sevilla 7* volentibus
[e] et *Firenze 64* etiam
[f] Placet *fehlt Firenze 64*
[g] Valentinus *Firenze 64* vicecancellarius

## 139.

RESERVATIO BENEFICIORUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa II[b] statuit et ordinavit, quod nullus vigore gratiarum expectativarum possit acceptare canonicatus et prebendas in aliqua ecclesiarum patriarchalium vel metropolitanarum aut etiam cathedralium infrascriptarum videlicet Paduane[1], Vincentine[2], Veronensis[3], Mantuanensis[4], Ferrariensis[5], Papiensis[6], Brixiensis[7], Pergamensis[8] et Tervisiensis[9] ac Bononiensis[10], nisi sit nobilis aut doctor in altero iurium aut magister in theologia aut licentiatus cum rigore examinis in aliquo predictorum, et acceptationes per alios facte sint nullius roboris et gratie expectative ad predictos canonicatus et prebendas nullo modo se extendere possint, nisi in prefatis gratiis in clausula ad partem[c] specialiter presenti regule sit derogatum, decernens irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Voluit tamen, quod presens regula liget omnes a die publicationis post duos menses.

Placet, legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[d11].

---

[1] *Padua, Veneto, Italien*.
[2] *Vicenza, Veneto, Italien*.
[3] *Verona, Veneto, Italien*.
[4] *Mantua, Lombardei, Italien*.
[5] *Ferrara, Emilia-Romagna, Italien*.
[6] *Pavia, Lombardei, Italien*.
[7] *Brixen/Bressanone, Südtirol, Italien*.
[8] *Bergamo, Lombardei, Italien*.
[9] *Treviso, Veneto, Italien*.
[10] *Bologna, Emilia-Romagna, Italien*.
[11] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica, Montealcino[e12], anno incarnationis dominice millesimo CCCCLXII[f], indictione decima, die vero lune XXVIII[g] iunii pontificatus domini nostri pape Pii[h] anno quarto[13].

[12] *Montalcino, Toskana, Italien. Pius weilte vom 25.-28.6.1462 in Capodimonte am Lago di Bolsena, vgl. Brosius, Itinerar S. 429, während die Pönitentiarie ihn zwischen Viterbo und dem Monte Amiata situiert, vgl. RPG 4 S. 427.*
[13] *1462 Juni 23*.

[a] Reservatio beneficiorum *Sevilla 7, auf dem linken Rand von 2. Hand*
[b] in – II *Firenze 64* etc.
[c] ad partem *fehlt Sevilla 7*
[d] Placet – E‹neas› *fehlt Firenze 64*
[e] Montealcino *Sevilla 7* Montelevis
[f] dominice - LXII *Firenze 64* MCCCCLXII
[g] XXVIII *Firenze 64* XXIII
[h] domini - Pii *fehlt Firenze 64*

**140.**

Regula super expectativis in regno Francie[a].

(1) Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[b] intendens consulere statui[c] ecclesiarum nationis Gallicane, ex qua summa[d] ipsius sanctissimi domini nostri providentia et vigilantia ac maxima christianissimi Francorum regis Ludovici erga orthodoxam fidem religione et immensa ipsius ad apostolicam sedem et prefatum sanctissimum[e] dominum nostrum reverentia et devotione pragmatica sanctio, que iam diu ibidem viguit, nuper amota est, ac volens prefato christianissimo regi, universitatibus et collegiis in ea existentibus et aliis viris ecclesiasticis - scientie, gradus et nobilitatis eorum qualitate pensata - pro communi earundem ecclesiarum utilitate in provisionibus beneficiorum[f] etiam ad vacatura concedendis se reddere gratiosum voluit, statuit et ordinavit omnes et singulas gratias expectativas in regno Francie quibusvis etiam pauperibus clericis ac aliis quavis dignitate preditis seu alias prerogativatis[g] concedi et expediri sub data kalendis maii pontificatus sui anno quarto[h1] et in illarum litterarum expeditione servari omnes et singulas constitutiones et regulas alias per felicis recordationis Martinum papam[i] quintum[j] editas preterquam quoad diligentias faciendas in prosecutione gratiarum expectativarum presertim quoad publicationem sive insinuationem et ad intimationem faciendam possessoribus[2] ac quoad motionem[k] litis[3], quoad[l] que voluit suas regulas observari debere.

[1] *1462 Mai 1*.
[2] = *Nr. 96*.
[3] = *Nr. 31*.

[a] Regula - Francie *VL 6343*
[b] et - secundus *Firenze 64* etc.*;* secundus *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* II
[c] statui *Sevilla 7* statuti
[d] summa *Sevilla 7* sententia
[e] sanctissimum *fehlt BL 2825, VL 6343*
[f] beneficiorum *fehlt BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[g] alias prerogativatis *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* alia prerogativa
[h] quarto *fehlt BL 2850, VL 6343*
[i] papam *fehlt BL 2850, Paris 4172, Sevilla 7*
[j] quintum *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* V
[k] motionem *BL 2850, VL 6343* monitionem
[l] quoad *fehlt Sevilla 7*

(2) Tenor autem litterarum[a] serenissimi domini regis sublationis pragmatice sanctionis de verbo ad verbum sequitur et est talis[1]:

„Ludovicus Dei gratia Francorum[b] rex, tibi sanctissimo ac beatissimo patri[c] nostro Pio pape secundo[d], obedientiam filialem et plenos devotionis affectus. Deum solum scientes esse, cuius providentia bene consulitur rebus humanis meliusque regna et urbes religione cingi atque defendi quam armis et moenibus[e] te vicarium Dei viventis ea veneratione prosequuntur[f], ut sacra presertim in ecclesiasticis rebus tua[g] monita veluti vocem pastoris audire illisque parere prompta mente velimus. Quapropter, beatissime pater, et, si quedam constitutio in regno nostro, quam pragmaticam vocant, magno prelatorum conventu, magna temporis deliberatione conclusa fuerit et iam callum obducens, quietum[h] prope fixerit statum[i], tu tamen tuis[j] ad nos litteris illam a regno nostro auferri[k], explodi abrogarique flagitas[l] nobis quoque dilectus et fidelis consiliarius noster Iohannes[2] episcopus Atrebatensis, quem cum potestate legati de latere ad hoc regnum nostrum misisti, commemoravit ea, ad que per ipsum tibi nostro nomine pollicenda[m], vovenda et promittenda[n] nos, antequam regnum suscepissemus, religionis instinctus[o] quidam deduxerat, nos nostra promissa[p] exequi accedente moderatrice rerum ecclesiasticarum tua auctoritate studemus ac volumus et[q] id quidem tanto volumus animo propensiori, quanto[r] nobis regnum Francie florens et bello vacuum tuetur Deus et protegit, omnibus[s] itaque victimis potiorem[t] obedientiam intelligentes assensi sumus[u] hiis, que tuo nomine nobis aperta sunt, ipsam scilicet pragmaticam sanctionem tibi tueque sedi esse[v] infensam[w], utpote que in seditione et scismatis tempore atque per seditionem sectionisque a[x] tua sede figuram[y] nata sit et que[z], dum tibi, a quo sacre leges oriuntur et manant[aa], quantamlibet[bb] eripit auctoritatem, omne ius et omnem legem dissolvit[cc]. Illud enim exoritur, quod idem consiliarius noster nomine tue[dd]

[1] *Vgl. Ordonnances des rois de France de la troisième race, Bd. 15, Paris 1811, Neudruck Farnborough 1968, S. 193-195.*
[2] *Jean Jouffroi.*

sanctitatis astruxit, ut[ee] dum per[ff] pragmaticam ipsam summa[gg] in ecclesia[hh] tue sedis auctoritatis minuitur, dum prelatis in regno nostro quoddam licentie templum per illam prestruitur, dum congruens unitas ad alia regna conformitasque tolli videtur, abroganda sit ipsa pragmatica pellendaque a regno nostro, quippe que adversus tuam sedem omnium ecclesiarum matrem ab inferioribus prelatis lata sit, tamquam, ut scriptura loquitur, quomodo, si elevetur virga contra levantem se aut baculus, qui[ii] utique lignum[jj] est. Que quidem, beatissime pater, licet plerique docti homines confutare[kk] niterentur atque diluere multoque nos dehortarentur abrogare sanctionem ipsam, te tamen principem totius ecclesie, te antistitem sacrorum, te dominice gregis pastorem profitemur et scimus teque iubentem sequimur[ll], tibi et beatissimi[mm] Petri cathedre consentimus[nn] et iungimur, itaque, sicut mandasti, pragmaticam ipsam a regno nostro nostroque Viennensi Delphinatu et omni[oo] dicione nostra per presentes pellimus, deicimus stirpitusque[pp] abrogamus et quam et qualem[qq] ante pragmatice ipsius editionem circa ecclesiarum beneficiorum aliarumque rerum spiritualium dispositionem, censuram[rr], moderationem in regno nostro omnique dicione nostra tui predecessores Martinus V[ss] et Eugenius IIII[tt] Romani pontifices habebant et exercebant[uu] talem eandemque nostro adiutori beatissimo Petro tibique eius successori reddimus, prestamus et restituimus cum summo imperio, cum iudicio libero, cum potestate non coartata. Tu enim, cum[vv] scias, quid auctoritate divinitus tibi tradita possis, quas pro regni nostri et ecclesiarum in eo tranquilitate postulabimus, non negliges res neccessarias poterisque semper, quod optimum fuerit, iudicare. Utere[ww] igitur deinceps in regno nostra potestate tua, ut voles, atque illam exerce, nam[xx] ut hominum membra nulla contentione[yy] capite uno atque una mente ducuntur, sic tuis sacris decretis ecclesie prelati[zz] in regno nostro et Delphinatu consonantiam et obedientiam[aaa] plenam refundent[bbb], quod, si forte obnitentur[ccc] aliqui[ddd] aut reclamabunt, nos in verbo regio pollicemur[eee] tue beatitudini atque promittimus exequi facere tua mandata, omni appellationis[fff] aut[ggg] oppositionis obstaculo prorsus excluso, eosque, qui tibi contumaces fuerint, pro tuo iussu comprimemus et refrenabimus. Datum Turonis[3], sub magno sigillo nostro, die XXVII mensis novembris anno Domini MCCCCLXI[hhh] et regni nostri[iii] primo[4].“

Placet, legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[5].

[3] *Tours, Centre-Val de Loire, Frankreich.*
[4] *1461 November 27*.
[5] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

[a] litterarum *fehlt Sevilla 7*
[b] Francorum *fehlt Sevilla 7*

[c] pape *statt* patri *Sevilla 7*
[d] secundo *Firenze 64* II
[e] moenibus *Firenze 64, Sevilla 7* membris
[f] prosequuntur *Firenze 64, Sevilla 7* prosequimur
[g] tua *fehlt Ordonnances*
[h] quietum *Firenze 64* qui dum
[i] statum *Sevilla 7* statuerit
[j] tuis *Sevilla 7* tui
[k] auferri *fehlt Sevilla 7*
[l] flagitas *Firenze 64* efflagitas
[m] pollicenda *Firenze 64* pollicendi
[n] et promittenda *Firenze 64, Sevilla 7* expromittenda
[o] instinctus *Firenze 64, Sevilla 7* instructus
[p] promissa *Sevilla 7* premissa
[q] *Sevilla 7 folgt* ad
[r] quanto *Firenze 64, Sevilla 7* quantum
[s] omnibus *Firenze 64, Sevilla 7* omnibusque
[t] potiorem *fehlt Sevilla 7*
[u] sumus *Firenze 64* fuimus*; Sevilla 7* simus
[v] esse *Firenze 64* et
[w] infensam *Sevilla 7* insensam
[x] sectionisque a *Sevilla 7* lectionisque et
[y] figuram *Sevilla 7* signavi
[z] que *Sevilla 7* quem
[aa] manant *Firenze 64* manent
[bb] quantamlibet *Firenze 64, Sevilla 7* quantumlibet
[cc] dissolvit *fehlt Sevilla 7*
[dd] tue *fehlt Sevilla 7*
[ee] ut *Firenze 64, Sevilla 7* et
[ff] per *fehlt Sevilla 7*
[gg] summa *Firenze 64, Sevilla 7* summe
[hh] *Firenze 64 folgt* ipsa
[ii] qui *fehlt Ordonnances*
[jj] lignum *Sevilla 7* lignam
[kk] confutare *Firenze 64* cum furore*; Sevilla 7* eam futare
[ll] sequimur *Firenze 64, Sevilla 7* loquimur
[mm] beatissimi *Firenze 64, Sevilla 7* beati
[nn] consentimus *Sevilla 7* consensimus
[oo] omni *Firenze 64, Sevilla 7* cum
[pp] stirpitusque *Firenze 64, Sevilla 7* stripitusque
[qq] et qualem *Sevilla 7* qualem vel
[rr] censuram *Sevilla 7* sensuani
[ss] V *Sevilla 7* quintus
[tt] IIII *Sevilla 7* quartus
[uu] habebant et exercebant *Sevilla 7* habitant et excercebant
[vv] cum *fehlt Firenze 64, Sevilla 7*
[ww] Utere *Sevilla 7* vertere
[xx] nam *Sevilla 7* illam
[yy] contentione *Sevilla 7* contensione
[zz] prelati *Sevilla 7* prelatis
[aaa] consonantiam et obedientiam *Sevilla 7* consonantiva et obedientioni
[bbb] refundent *Sevilla 7* refunderit
[ccc] obnitentur *Sevilla 7* obtinentur
[ddd] aliqui *Firenze 64* alicui
[eee] pollicemur *Firenze 64* publicemur
[fff] appellationis *Firenze 64, Sevilla 7* appellatione
[ggg] aut *fehlt Firenze 64*
[hhh] MCCCCLXI *Sevilla 7* millesimo CCCCLXI
[iii] *Firenze 64 folgt* anno

**141.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a], die prima mensis iulii pontificatus sui anno quarto[1], ex certis causis ad id animum suum moventibus reservationem canonicatus et prebendarum ac dignitatum ecclesie beate Marie de Alcacova[b2] Ulixbonensis diocesis ac unius parochialis ecclesie in diocesi Silvensi[3] tunc vacaturorum in favorem regis Portugalie[4] dudum videlicet XXIIII[c] mensis ianuarii pontificatus ipsius domini nostri pape anno tertio[5] per ipsum dominum nostrum unacum certis aliis beneficiis factam, ad unum canonicatum et unam prebendam in Visensi[6] ac unam dignitatem in Bracharensi[7] ecclesiis nec non unam parochialem ecclesiam in diocesi Elborensi[8] cum omnibus et singulis clausulis ac inhibitionibus et decretis in eadem reservatione appositis mutavit et transportavit nec non canonicatum et prebendam Visenses et dignitatem Bracharensem ac unam parochialem ecclesiam in diocesi Elborensi huiusmodi iuxta[d] huiusmodi reservationis tenorem et continentiam de novo reservavit ipsosque reservatos esse voluit ac dictam reservationem ad eosdem extendi etiam voluit decrevitque irritum et inane, quidquid in contrarium contigerit attemptari[e].

Placet, legatur in Audientia et scribatur in Cancellaria, E‹neas›[9].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte due regule in Cancellaria apostolica in Montealcino[10], anno incarnationis dominice millesimo CCCCLXII[f], die XV mensis iulii pontificatus sanctissimi domini nostri pape[g] Pii secundi[h] anno quarto[11], et, eadem die, littera[i] serenissimi regis Francie in libro prefato descripta[12].

---

[1] *1462 Juli 1*.
[2] *Santarém, Alentejo, Portugal*.
[3] *Silves, Algarve, Portugal.*
[4] *Alfons V., 1438-1481 König von Portugal.*
[5] *1461 Januar 24*.
[6] *Viseu, Centro, Portugal.*
[7] *Braga, Norte, Portugal.*
[8] *Evora, Alentejo, Portugal.*
[9] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[10] *Montalcino, Toskana, Italien.*
[11] *1462 Juli 15.*
[12] *Vgl. oben Nr. 139(2).*

---

[a] in – secundus *Firenze 64* etc.
[b] Alcacova *Sevilla 7* Altatoria
[c] XXIIII *Firenze 64* XXIII
[d] iuxta *Sevilla 7* nostro
[e] contigerit attemptari *Firenze 64* etc.
[f] millesimo – LXII *Firenze 64* MCCCCLXII
[g] sanctissimi - pape *Firenze 64* etc.

[h] secundi *fehlt Firenze 64*
[i] littera *Firenze 64* litteras*; Sevilla 7* suprascripta regula sanctissimi

## 142.

Motu proprio nitentes equitati potius quam rigori propter impedimenta, que hoc tempore occurrerunt, volumus ac statuimus, quod terminus[a] sex mensium cum decreto irritante prefixus ad expediendum bullas apostolicas super novis provisionibus ac aliis gratiis et indultis, prout in regulis nostris, quas hic haberi volumus pro expressis, de verbo ad verbum latius continetur, qui adhuc pendebat, in proximis preteritis kalendis novembris[1] a prefata die kalendis[b] usque ad quindecim[c] dies immediate post aperturam Audientie causarum sequentes, stet in suspenso et non currat et ex tunc suspensus fuisse intelligatur, etiam cum preiudicio eorum, qui medio tempore impetrassent, ita quod interim quilibet possit bullas apostolicas libere expedire et ius super gratia sua salvum maneat, et similiter post dictos XV dies hoc facere possit, si predicto tempore de medio subducto[d] et non[e] computato adhuc de termino prefixo per regulas supersit, et predicta omnia in omnibus locum habere volumus, etiam quoad eos, quibus terminus in kalendis octobris proxime preteriti[2] adhuc pendebat. Hoc tamen ultimo casu concedimus sine preiudicio eorum, qui medio tempore impetrassent, regulis predictis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et hanc regulam ex nunc ligare volumus et habere effectum et ita vobis vicecancellario et Camere apostolice officialibus quoad dictarum litterarum expeditionem fieri debere precipimus et mandamus.

Placet et ita mandamus, E‹neas›[3].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica Suriani[f4], anno incarnationis dominice[g] MCCCCLXII[h], die vero[i] X mensis novembris pontificatus sanctissimi domini nostri domini Pii pape secundi[j] anno quinto[5].

---

[1] *1462 November 1*.
[2] *1462 Oktober 1*.
[3] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[4] *Soriano nel Cimino, Latium, Italien*.
[5] *1462 November 10.*

---

[a] terminus *Sevilla 7* numerus
[b] *Firenze 64 folgt* dat.
[c] quindecim *Firenze 64* XV
[d] subducto *Sevilla 7* subdicto
[e] non *fehlt Firenze 64*
[f] Suriani *Firenze 64* Sciani*; Sevilla 7* Serani
[g] dominice *fehlt Firenze 64*

[h] MCCCCLXII *Sevilla 7* IX[or] *(!)*
[i] vero *fehlt Sevilla 7*
[j] sanctissimi - secundi *fehlt Firenze 64*

**143.**

Cum ex diversis constitutionibus sive regulis per nos editis atque litteris nostris tam dilectis filiis familiaribus continuis commensalibus nostris[a] et in libro Cancellarie nostre non descriptis quam litterarum apostolicarum scriptoribus concessis, per quas eis quoad effectum gratiarum expectativarum, reservationum, revalidationum, ampliationum, extensionum, mutationum collationum sub diversis formis diversas antelationum prerogativas, declarationes, derogationes aliaque[b] privilegia circa assecutionem canonicatuum et prebendarum, portionum, dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum sub eisdem gratiis comprehensorum concessimus et certis aliis diverse ambiguitates exorte dicantur, presertim qui illorum debeant aliis in assecutione huiusmodi preferri, et plures lites super iam vacantibus beneficiis pendeant indecise, nos attendens, quod ex speciali nostrorum familiarium continuorum[c] commensalium actu nobis servientium consideratione ad prefatarum antelationum prerogativas eisdem concedendas et declarationes vim et effectum etiam ad preterita habituras[d] decrevimus motu proprio et ex certa scientia, plena desuper deliberationi[e] prehabita, tenores omnium et singularum litterarum et regularum ac gratiarum nec non litium status[f] et quorumvis in eisdem causis productis et factis habentur pro sufficienter ac de verbo ad verbum expressis et individue enarratis, declaramus nostre intentionis semper fuisse et esse ac tenore presentium volumus, statuimus et decernimus, quod dicti familiares continui commensales presentes et futuri, licet non sint in eodem libro descripti, preferentur et preferantur eisdem scriptoribus etiam presentibus et futuris omnibusque aliis et singulis cuiuscumque[g] status, gradus, conditionis et preeminentie sive nobilitatis ac alias qualitercumque graduatis et qualificatis, quoad iam vacantia[h] perinde in omnibus et per omnia, ac si quilibet eorundem familiarium in eodem libro ante vacationem beneficiorum descripti et in litteris eisdem scriptoribus in genere seu specie concessis seu concedendis sub quacumque verborum forma etiam motu et scientia similibus et cum irritantibus decretis et derogationibus concepte reperiantur, quibus omnibus et singulis, quoad hoc tantum et[i] expresse derogamus, exceptis nominatim et expresse fuisset et secundum hoc in quibusvis causis tam pendentibus[j] quam futuris, etiamsi qua sententia in contrarium huiusmodi nostre declarationis lata foret, dum tamen non transierit in rem iudicatam, et super quibusvis canonicatibus et prebendis, portionibus, dignitatibus et aliis be-

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

neficiis ecclesiasticis iam vacantibus et vacaturis in quibuscumque instantiis pendeant et quevis etiam diffinitive sententie late sunt, sic iudicari et decidi[k] volumus et mandamus, omni exceptione remota, premissis et aliis[l] in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet et ita mandamus et describatur in libro[m] Cancellarie, E‹neas›[n1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice millesimo CCCCLXII[o], indictione decima, die vero XXIII mensis decembris pontificatus sanctissimi domini nostri pape Pii[p] anno quinto[q2].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *1462 Dezember 23*.

---

[a] nostris *fehlt Firenze 64*
[b] aliaque *Firenze 64* atque
[c] contiuorum *Sevilla 7* nostrorum
[d] habituras *Sevilla 7* habitivas
[e] deliberationi *Sevilla 7* liberationi
[f] status *Firenze 64* fatus
[g] *Firenze 64 folgt* dignitatis
[h] *Firenze 64 folgt* et etiam vacatura
[i] tantum et *Firenze 64* tamen*;* et *fehlt RV 509*
[j] pendentibus *Sevilla 7* presentibus
[k] decidi *Firenze 64* decidat
[l] et aliis *fehlt Firenze 64*
[m] libro *fehlt Firenze 64*
[n] Placet - Eneas *fehlt RV 509*
[o] dominice – LXII *Firenze 64* MCCCCLXII
[p] sanctissimi - Pii *Firenze 64* etc.
[q] Lecta - quinto *fehlt RV 509*

## 144.

Motu proprio et ex certa scientia omnes et singulas causas per nos seu sancte Romane ecclesie vicecancellarium sive eius locumtenentem Rome vel alibi quibuscumque archiepiscopis, episcopis, protonotariis, prelatis aliisve iudicibus et commissariis commissas et coram ‹eis› etiam in Romana curia in quacumque instantia pendentes harum serie[a] ad nos advocamus, exceptis tamen causis venerabilibus fratribus nostris eiusdem sancte Romane ecclesie cardinalibus vel causis auditorum sacri Palatii seu fratrum aut consanguineorum aut notariorum eorundem vel alias de consensu partium quibucumque iudicibus commissis, inhibentes propterea eisdem iudicibus et commissariis, ne in causis predictis quoquo modo procedant vel aliquo modo se intromittere presumant, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Placet exceptis causis commissis per „Placet“, E‹neas›[1].

Lectum et publicatum fuit suprascriptum mandatum, Rome in Cancellaria apostolica, die martis IIII ianuarii MCCCCLXIII, indictione undecima[b], pontificatus sanctissimi domini nostri Pii pape secundi[c] anno quinto[2].

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *1463 Januar 4*.

[a] harum serie *fehlt Firenze 64*
[b] undecima *Firenze 64* XI
[c] sanctissimi - secundi *Firenze 64* etc.

## 145.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] reservationem dudum videlicet XX die mensis novembris pontificatus sui anno secundo[1] de certis beneficiis in quibusdam ecclesiis civitatum[b] et diocesium regnorum et dominiorum serenissimi principis domini Iohannis[2] Aragonum regis illustris vacaturis a se factam et in libro Cancellarie apostolice descriptam[3], quam per annum durare voluerat et ad unum primo et[c] demum ad alium annos cum certis declarationibus et decretis, prout in singulis prorogationibus, quarum tenores[d] hic haberi voluit pro expressis, plenius continetur, prorogaverat[4], cum idem rex, cuius intuitu sanctitas sua[e] dictam regulam ediderat, de paucis beneficiis intentum suum consecutus fuerit, ad unum alium annum a fine istius ultime prorogationis computandum cum omnibus declarationibus, decretis et clausulis in regula et prorogationibus predictis contentis prorogavit voluitque, ut de dictis beneficiis nulli preterquam illis, pro quibus prefatus rex particulariter et nominatim impetrantium et beneficiorum nomina expresserit litteris suis aut alias per procuratorem suum supplicaverit[f], valeat provideri, irritum et inane decernendo, si casu aliam provisionem fieri contingeret, non obstantibus, quod sit elapsus annus dicte ultime prorogationis, ac omnibus, que in dicta regula ac prorogationibus non obstare voluit, ac quibuscumque provisionibus, concessionibus, declarationibus et indultis ex post, si forsan in contrarium editis vel in posterum edendis[g] ‹forent›, quibus expresse ex nunc derogatum esse[h] decrevit.

[1] *1459 November 20*.
[2] *Johann II., 1458-1479 König von Aragon und 1425-1479 von Navarra*.
[3] *= Nr. 118*.
[4] *= Nr. 118, 128, 134f.*

Placet sine spe ulterioris prorogationis et legatur in Audientia et scribatur in Cancellaria, E‹neas›[5].

[5] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

[a] in – secundus *Firenze 64* etc.
[b] civitatum *Sevilla 7* civitatibus
[c] et *Sevilla 7* ad
[d] tenores *Sevilla 7* tenorum
[e] sanctitas sua *Sevilla 7* sanctitatis sue
[f] *Firenze 64, Sevilla 7 folgt* nulli
[g] edendis *Sevilla 7* concedendis
[h] esse *fehlt Firenze 64*

**146.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] constitutionem sive regulam per sanctitatem suam dudum videlicet XXIIII die mensis ianuarii pontificatus sui anno tertio[1] editam, per quam nonnulla ecclesiastica beneficia in quibusdam ecclesiis civitatum et diocesium[b] regnorum atque dominiorum serenissimi principis domini Alfonsi[2] Portugalie regis illustris vacatura collationi et dispositioni sue ac sedis apostolice ea vice specialiter reservavit et reservationem prefatam post annum, sive interim totalem effectum sortita foret sive non, omnino cessare voluit et demum eam[c] ad alium annum post finitum primum annum predictum prorogavit[3], ex certis rationabilibus causis ad id animum suum moventibus et presertim, quia numerus beneficiorum in ea comprehensorum[d] nondum completus[e] est[f], ad alium annum proximo secuturum[g] a fine eiusdem anni secundi, ut premittitur, prorogati inchoandum cum decreto, declaratione ac omnibus et singulis aliis in eis contentis clausulis et[h] ex certa scientia prorogavit et per annum integrum[i] a fine dicti secundi anni vim et vigorem obtinere voluit, prefinitione temporis in ea expressi minime obsistente. Voluit autem, quod reservatio predicta post annum prorogatum huiusmodi, sive infra illum totalem effectum[j] sortita fuerit sive non, omnino cesset penitus et expiret[k] nulliusque existat roboris vel momenti.

Placet et describatur in Cancellaria et finito anno[l] prorsus expiret[m], E‹neas›[n4].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte due regule, Rome in Cancellaria apostolica[o], die quinta[p] mensis ianuarii anno domini millesimo CCCCLXIII[q], indictione XI, pontificatus

[1] *1461 Januar 24*
[2] *Alfons III., 1438-1481 König von Portugal*.
[3] = *Nr. 129(1) und (2)*.
[4] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

sanctissimi domini nostri domini Pii pape secundi[r] anno quinto[5], et in Audientia contradictarum, die VII mensis supradicti[s6].

---

[5] *1463 Januar 5*.
[6] *1463 Januar 7*.

---

[a] in – secundus *Firenze 64(a+b)* etc.
[b] civitatum - diocesium *Firenze 64(a+b)* civitatibus et dioc.
[c] eam *Firenze 64(a)* etiam
[d] in ea comprehensorum *fehlt Firenze 64(b)*
[e] completus *Sevilla 7* conceptus
[f] *Firenze 64(a) folgt* et
[g] secuturum *Firenze 64*(b) futurum*; Firenze 64(a) folgt* et
[h] et *fehlt Firenze 64(a)*
[i] integrum *Sevilla 7* interim
[j] effectum *Sevilla 7* etiam
[k] expiret *Firenze 64(a)* expiretur*; Firenze 64(b)* spiret
[l] anno *Sevilla 7* domino
[m] expiret *Sevilla 7* spiret
[n] Placet - Eneas *fehlt Firenze 64(b)*
[o] *Sevilla 7 folgt* videlicet
[p] quinta *Firenze 64(a)* V
[q] anno – LXIII *Firenze 64(a)* MCCCCLXIII
[r] sanctissimi – secundi *Firenze 64(a)* etc.
[s] Placet – supradicti *fehlt Firenze 64(b)*

## 147.

Motu proprio dilecto filio Roderico[1] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali sacrosancte Romane ecclesie vicecancellario ac dilectis filiis Cancellariam apostolicam regenti et in ea presidentibus precipimus et mandamus, quatenus quandam constitutionem sive regulam Cancellarie per nos nuper in favorem familiarium nostrorum continuorum commensalium et in libro dicte Cancellarie non descriptorum factam et editam ac in Cancellaria predicta de mandato nostro publicatam et descriptam, que incipit „Cum ex diversis constitutionibus sive regulis[2]“ etc., eisdem familiaribus nostris seu alteri eorundem in forma solita et consueta tradant et assignent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet et ita mandamus, E‹neas›[a3].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *= Nr. 143.*
[3] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 148.

Dudum sanctissimus in Christo pater[a] et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[b], ne ob multitudinem expectantium gratias expectativas per eum in partibus Gallicanis sub data kalendis maii pontificatus sui anno quarto[1] eis gratiose concessas inter expectantes eosdem lites et dissensiones orirentur, voluit et ordinavit, quod in singulis collationibus collatorum et collatricum illarum partium plures quam duo expectantes unica vice concurrere, quodque donec gratie ipsorum duorum consumpte forent, pro aliis littere apostolice ad easdem collationes minime expediri possent. Ad satisfaciendum itaque desiderio et voluntati nonnullarum, etiam magne auctoritatis illarum partium personarum prefatum dominum nostrum desuper interpellantium idem dominus noster numerum limitatum huiusmodi ampliando statuit et ordinavit, quod ultra duos concurrentes predictos, etiamsi eorum gratie sint minime consumpte, ad singulas collationes huiusmodi tertius expectans se collocare possit, ita tamen quod eiusdem tertii expectantis litterarum executor illas nullatenus exequi teneatur, quousque gratie alterius concurrentium eorumdem sint effectum consecute, quas quoad hoc prefatus dominus noster censet[c] esse consumptas, postquam de acceptatione beneficiorum vacantium sub[d] eisdem gratiis comprehensorum per eosdem expectantes seu eorum ad hoc legitime constitutos procuratores et provisione sibi de illis factis constare poterit diligentius[e] et[f] aliis ad hoc requisitis minime subsecutis absque ulteriori expectatione discussionis iuris eorum.

Placet et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[2].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria, anno incarnationis MCCCCLXII, die prima februarii pontificatus etc. anno quinto[3], et in Audientia contradictarum, die secunda mensis prefati[4] quibus supra[g].

---

[1] *1462 Mai 1.*
[2] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[3] *1463 Februar 1*.
[4] *1463 Februar 2*.

---

[a] *Sevilla 7 folgt* pater
[b] in – secundus *Firenze 64* dominus noster etc.
[c] censet *Sevilla 7* censerit
[d] sub *Sevilla 7* super
[e] diligentius *Firenze 64* diligentiis
[f] et *Sevilla 7* etiam
[g] Lecta – supra *fehlt Sevilla 7*

## 149.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] obviare volens fraudibus et[b] impetrationes et concessiones, nisi titulo habean-

tur, statuit et ordinavit omnes et singulas impetrationes et concessiones[c] per sanctitatem suam factas aut fiendas gratiam vel iustitam concernentes, quecumque sint, dummodo expeditiones litterarum[d] requirant, nisi infra quattuor menses pro citramontanis et octo pro ultramontanis super eis littere apostolice plumbate, registrate et totaliter expedite fuerint, qui termini a publicatione huius currere incipiant, nullius esse roboris vel momenti, aliis regulis super huiusmodi expeditione per sanctitatem suam editis[e] in suo[f] robore duraturis per hunc, cum terminum in earum casibus prefixum, qui, aut pendet aut effluxit, prorogare vel renovare non intendit.

Placet, legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica, Rome, anno incarnationis dominice[g] MCCCCLXII, indictione XI, die vero octava[h] mensis februarii pontificatus sanctissimi domini nostri Pii pape secundi[i] anno quinto[2], et in Audientia contradictarum, die X mensis et pontificatus ut supra[3].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *1463 Februar 8*.
[3] *1463 Februar 10*.

---

[a] in - secundus *Firenze 64* etc.
[b] *Firenze 64 folgt* ut
[c] nisi – concessiones *fehlt Firenze 64*
[d] expeditiones litterarum *Sevilla 7* expeditioni bullarum
[e] editis *Sevilla 7* edita
[f] suo *Firenze 64* suorum
[g] dominice *fehlt Firenze 64*
[h] octava *Firenze 64* VIII
[i] sanctissimi - secundi *Firenze 64* etc.

## 150.

Clericus, qui beneficia impetraverit ecclesiastica, si de beneficiis, que obtinet aut ad que ius habet, in corpore supplicationis vel ad partem generalem fecerit mentionem, petens illa sibi non obstare[a], perinde tutus esto, ac si nominatim singula[b] in particulari clausula expressisset, si tamen centum florenorum auri de Camera valorem annuum non excesserint, quod, si nobilis aut in theologia vel in altero iurium sive in medicina fuerit licentiatus impetrator, ad ducentos[c] usque florenos similes annui[d] valoris hanc ordinationem extendi volumus.

Placet, legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, E‹neas›[1].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica Rome, anno incarnationis dominice[e] MCCCCLXII, die decima[f] mensis martii pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii pape secundi[g] anno quinto[2], et in Audientia contradictarum, XI mensis[3] quo supra.

---

[2] *1463 März 10*.
[3] *1463 März 11*.

---

[a] obstare *Firenze 64* obstan(tia)
[b] singula *fehlt Firenze 64*
[c] ducentos *Firenze 64* CC
[d] annui *Sevilla 7* auri
[e] dominice *fehlt Firenze 64*
[f] decima *Firenze 64* X
[g] sanctissimi - secundi *fehlt Firenze 64*

## 151.

Dispensatio de duabus parochialibus obtinendis impetrata, si earum valor annuus centum florenorum auri de Camera excesserit, nemini suffragetur, nisi nobiles aut in theologia magistri aut in altero iurium sive in medicina doctores aut licentiati fuerint, quorum gratias usque ad ducentos[a] florenorum vim habere decrevimus.

---

[a] ducentos *Firenze 64* CC

## 152.

Gratia illegitimis concessa, quod de defectu natalium non teneantur facere mentionem, ad maiores in cathedralibus post pontificales et in collegiatis ecclesiis principales impetrandas dignitates et hiis maiora beneficia nullo modo se extendat, etiamsi[a] per signaturam de hiis expresse concessum reperiretur.

Placet, legatur in Audientia et describatur[b] in Cancellaria apostolica[c], E‹neas›[d1].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte due regule in Cancellaria apostolica, Rome, anno incarnationis dominice MCCCCLXIII, die secunda mensis aprilis pontificatus sanctissimi domini nostri pape Pii secundi[e] anno quinto[2], et in Audientia contradictarum, quinta mensis predicti anno et pontificatus quibus supra[f].

---

[1] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.
[2] *1463 April 2*.

---

[a] etiamsi *Sevilla 7* et si
[b] describatur *Firenze 64* scribatur
[c] apostolica *fehlt Sevilla 7*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[d] E‹neas› *fehlt Firenze 64*
[e] sanctissimi - secundi *Firenze 64* etc.
[f] et – supra *fehlt Firenze 64*

## 153.

Motu proprio etc. mandamus dilecto filio Roderico[1] sancti Nicolai in Carcere Tulliano sancteque Romane ecclesie vicecancellario ac dilectis filiis Cancellariam apostolicam regenti et in ea presidentibus ac custodi et aliis, quorum interest, quatenus regulam sive constitutionem in dicta Cancellaria per nos editam et de mandato nostro scriptam in favorem familiarium nostrorum, que incipit „Sanctissimus dominus noster[2]" etc., ad omnem ambiguitatis dubium tollendum, an familiares familiarium sue sanctitatis, et qui sumptibus ipsorum familiarium sue sanctitatis vixerint et vivant, fuerint et sint familiares continui commensales etc., omnibus, etiam petentibus sine aliqua differentia more aliarum regularum Iohanni de Sevilla[3] familiari nostro et quibuscumque etiam familiaribus nostris gratis ubique tradent et assignent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et pro familiaribus nostris gratis ubique expediantur.

Placet domino nostro pape, Ag‹apitus›[4] Anconitanus[a].

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] = *Nr. 136.*
[3] *Johannes de Sevilla.*
[4] *Agapitus Rustici Cenci.*

[a] *Layoutendnote*

## 154.

Ut litibus obvietur, que occasione gratiarum in partibus Gallicanis ante abrogationem pragmatice concessarum exoriri possent, intentionis nostre semper fuisse et esse declaramus in locis, in quibus pragmatica vigebat, solum posteriores expectativas sub data kalendis maii pontificatus nostri anno quarto[1] locum habuisse et habere, alias autem sub prioribus datis illa dumtaxat beneficia comprehendisse et comprehendere debere, que[a] aliis in locis consistunt, que pragmaticam non receperunt. Hanc autem ordinationem vim habere volumus[b] quoad beneficia, que post datam kalendis maii vacaverunt aut vacabunt, hiis dumtaxat exceptis, qui virtute gratiarum huiusmodi plenarium[c] consecuti effectum[d], pacificam de facto[e] ac etiam usque nunc non litigiosam beneficiorum eorumdem possessionem habuerant, quibus nullo modo preiudicatum esse declaramus[f].

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et scribatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[2] Anconitanus[g].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula in Cancellaria apostolica, Rome, anno incarnationis dominice MCCCCLXIII, die XXI mensis maii pontificatus etc. anno quinto[h3], et in Audientia contradictarum, die XXIIII mensis et pontificatus quibus supra[4].

---

[1] *1462 Mai 1*.
[2] *Agapitus Rustici Cenci.*
[3] *1463 Mai 21*.
[4] *1463 Mai 24*.

---

[a] debere, que *Sevilla 7* debereque
[b] volumus *Sevilla 7* voluimus
[c] plenarium *Firenze 64* plenariam
[d] effectum *fehlt Firenze 64*
[e] *Sevilla 7 folgt* huiusmodi
[f] declaramus *Sevilla 7* volumus
[g] Placet – Anconitanus *fehlt Sevilla 7*
[h] anno incarnationis – quinto *Sevilla 7* die XXI mensis montificatus *(!)* sanctissimi domini nostri anno incarnationis dominice MCCCCLXIII etc. Pii pape II anno quinto

## 155.

Sanctissimus dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] tempus de expediendis litteris apostolicis super impetrationibus factis et fiendis gratiam vel iustitiam concernentibus infra quattuor[b] menses pro citramontanis et octo pro ultramontanis per sanctitatem suam, octava[c] die mensis februaris pontificatus sui[d] anno quinto[e1], prefixum, pro citramontanis ad alios quattuor a fine primo dictorum quattuor[f] et pro ultramontanis etiam ad alios sex menses a fine dictorum octo mensium computandum gratiose prorogavit.

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[2] Anconitanus.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, in Cancellaria apostolica et in Audientia contradictarum, Rome, anno incarnationis dominice[g] millesimo CCCCLXIII[h], indictione undecima[i], die vero quinta[j] mensis iulii pontificatus prefati sanctissimi domino nostri Pii[k] anno quinto[3].

---

[1] *1463 Februar 8*.
[2] *Agapitus Rustici Cenci.*
[3] *1463 Juli 5*.

---

[a] dominus - secundus *Firenze 64* etc.
[b] quattuor *Firenze 64* IIII
[c] octava *Firenze 64* VIII

[d] sui *Sevilla 7* nostri
[e] quinto *Firenze 64* IIII
[f] quattuor *Firenze 64* IIII
[g] dominice *fehlt Firenze 64*
[h] millesimo - XIII *Firenze 64* MCCCCLXIII
[i] undecima *Firenze 64* XI
[j] quinta *Firenze 64* V
[k] prefati – Pii *Firenze 64* etc.

## 156.

Cum pridem de confessionalibus omnibus, que etiam de reservatis sedi apostolice casibus absolvendi facultatem concedunt, nonnullos casus excepimus, ad quos dicte littere nullo modo se extendant, quos in Cancellaria mandavimus publicari, statuimus et ordinamus in omnibus supplicationibus sive litteris ubicumque et qualitercumque ac sub quacumque forma impetrandis aut expediendis predictos casus sic exceptos intelligi repetitos et eos nullo modo in predictis concessionibus comprehendi debere in futurum, nisi regule huic fuerit sufficienter derogatum.

Placet domino nostro pape et legatur in Audentia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Anconitanus.

Lecta et publicata fuit ac affixa suprascripta regula in Cancellaria apostolica, Tibure[2], anno incarnationis dominice MCCCCLXIII, indictione XI, die martis XXV mensis augusti pontificatus etc. anno quinto[a3].

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *Tivoli, Latium, Italien.*
[3] *1463 August 25.*

[a] *Layoutendnote*

## 157.

Statuimus, quod antelationum prerogative et indulta super assequendis beneficiis ecclesiasticis expectativarum vigore litterarum nulli suffragentur, nisi super illis tempore vacationis singulorum beneficiorum huiusmodi, que per dictas gratias acceptari contigerit, apostolice littere sint confecte. Volumus autem, quod hec ordinatio[a] ad beneficia etiam iam acceptata se extendat, etiamsi super illis lis pendeat indecisa, super qua tamen nondum sit lata sententia diffinitava. Eis vero, qui virtute gratiarum huiusmodi plenarium consecuti effectum, pacificam de facto ac etiam usque nunc non[b] litigiosam beneficiorum eorundem possessionem habuerint, nullo modo preiudicare intendimus.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus.

---

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*

---

[a] hec ordinatio *Firenze 64* hoc ordinario
[b] non *fehlt Firenze 64*

**158.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Pius divina providentia papa secundus[a] volens beneficia ecclesiastica personis idoneis conferri, et ne[b] proper concessiones et gratias per sanctitatem suam super quibusvis beneficiis ecclesiasticis motu proprio et de cetero faciendas aliqui exiverit[c] ab examine, voluit, statuit et ordinavit, quod illi[d], quibus concessiones gratie motu proprio huiusmodi facte sunt et in posterum fient, antequem littere desuper expediantur, examen subire teneantur, ac si motu proprio concesse non forent, inhibens, ne per Cancellariam aut Cameram apostolicam littere huiusmodi expediantur, nisi de examine huiusmodi in forma, ut moris est, constiterit.

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et describatur[e] in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus.

Lecte et publicate fuerunt suprascripte due regule in Cancellaria apostolica, Rome, anno incarnationis dominice millesimo CCCCLXIII[f], die decima nona[g] mensis octobris pontificatus sanctissimi domini nostri Pii pape secundi[h] anno sexto[2], et in Audientia contradictarum, die XX anno mense et pontificatum[3] quibus supra[i].

---

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *1463 Oktober 19*.
[3] *1463 Oktober 20*.

---

[a] in - secundus *Firenze 64* etc.
[b] ne *fehlt Firenze 64*
[c] exiverit *Sevilla 7* examinantur
[d] illi *Firenze 64* ille
[e] describatur *Firenze 64* scribatur
[f] dominice – LXIII *Firenze 64* MCCCCLXIII
[g] decima nona *Sevilla 7* XIX
[h] sanctissimi - secundi *Firenze 64* etc.
[i] et in – supra *fehlt Sevilla 7*

**159.**

Statuimus atque mandamus, quod littere apostolice super concessionibus et signaturis gratiam seu iustitiam concernentes quibuscumque personis, universitatibus sive collegiis[a]

motu proprio et[b] ex certa scientia ad supplicationem seu aliter quomodocumque hactenus[c] concesse vel in posterum concedende pro ultramontanis infra semestre, pro citramontanis autem vel eisdem[d] ultramontanis citra montes existentibus infra trimestre a die publicationis huiusmodi nostri mandati sive constitutionis totaliter etiam quoad Cameram et annatam expediantur, decernentes[e] concessiones, gratias et signaturas huiusmodi elapsis mensibus eisdem nullius existere firmitatis seu roboris vel momenti[f] nec umquam in aliquo suffragari, nisi huic regule fuerit sufficienter derogatum.

Placet domino nostro pape et[g] legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus[h].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXIII, die VII mensis novembris pontificatus etc. anno sexto[i2], in Audientia, die octava mensis novembris millesimo CCCCLXIII[j3].

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *1463 November 7.*
[3] *1463 November 8*.

[a] collegiis *Hannover 182* privilegiis
[b] et *fehlt Hannover 182*
[c] hactenus *fehlt Hannover 182*
[d] eisdem *fehlt Hannover 182*
[e] decernentes *Hannover 182* decernimus
[f] vel momenti *fehlt Hannover 182*
[g] domino - et *fehlt Hannover 182*
[h] Agapitus Camerinus *fehlt Hannover 182*
[i] et publicata - sexto *fehlt Hannover 182*
[j] in Audientia – LXIII *fehlt Firenze 64; Hannover 182 folgt* Deo gratias

## 160.

Statuimus in dispensationibus in regno Anglie concedendis ad plura incompatibilia ‹beneficia› obtinenda, etiamsi de parochialibus per regulam specialem concederetur expresse, illas nullo modo comprehendi, si earum cuiuslibet fructus etc. valorem annuum centum florenorum excedunt, nisi pro magistris in theologia aut altero iurium doctoribus sive licentiatis aut nobilibus supplicaretur. Hanc autem ordinationem etiam ad preterita, super quibus littere apostolice nondum confecte sunt, extendi volumus, irritantes quidquid in contrarium actum fuerit, nisi huic regule sufficienter fuerit derogatum.

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus[a].

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*

[a] *Layoutendnote*

## 161.

Sanctissimus dominus noster ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus et presertim, quia numerus beneficiorum nondum completus est, ad unum alium annum reservationem huiusmodi[1] a fine eiusdem tertii anni prorogati computandum ‹cum› omnibus et singulis clausulis supradictis et ex certa scientia prorogavit.

Placet dominus noster pape ad sex menses et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[2] Camerinus.

Lecte et publicate fuerunt suprascripte due regule, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis ‹dominice› MCCCCLXIII, die X mensis decembris[3], et in Audientia contradictarum, die XIIII mensis decembris pontificatus etc. anno sexto[a4].

[1] = *Nr. 129 und 146.*
[2] *Agapitus Rustici Cenci.*
[3] *1463 Dezember 10.*
[4] *1463 Dezember 14.*

[a] *Layoutendnote*

## 162.

Quia nonnulli non sine suspicione fraudis et simulationis beneficia resignant plerumque paulo ante impetrata litteris non confectis resignant, statuimus tam resignationes huiusmodi quam impetrationes de sic resignatis etiam motu proprio concessis nullius esse roboris et tam sic resignantes quam impetrantes sententiam excommunicationis ipso facto incurrere volumus, quos etiam ad dicta beneficia perpetuo, ad omnia alia impetranda ad biennium inhabilitamus, decernentes irritum, si quid in contrarium etiam per nos actum fuerit, nisi huic regule fuerit sufficienter derogatum.

Placet domino nostro pape et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus.

Lecta et publicata fuerit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis ‹dominice› MCCCCLXIII, die XVIII mensis ianuarii pontificatus etc. anno sexto[2], et in

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *1464 Januar 18.*

Audientia contradictarum, anno a nativitate domini MCCCCLXIIII, die XVIIII mensis et pontificatus predictis[a3].

[3] *1464 Januar 19.*

[a] *Layoutendnote*

**163.**

Motu proprio etc. et ex certa scientia omnes et singulas causas tam beneficiales quam civiles seu mixtas coram quibusvis prelatis, iudicibus seu commissariis Romane curie sequentibus preterquem coram venerabilibus fratribus sancte Romane ecclesie cardinalibus et per „Placet[a]“ extra Rotam expresse commissas nec non de communi partium consensu signatas ac pro personis eorundem venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium seu Palatii apostolici causarum auditorum et fratrum eorundem aliorumque, de quibus ‹per› regulas Cancellarie alias per nos expresse derogatum extitit, per dilectum filium sancte Romane ecclesie vicecancellarium seu eius locumtenentem commissas in quacumque instantiis pendentes, quarum omnium status hic haberi volumus specialiter pro expressis, ad nos advocamus, mandantes omnibus et singulis prelatis, iudicibus seu commissariis prefatis, quatenus post publicationem presentium deinceps nullatenus se de illis intromittant, sed eas in hiis terminis et instantiis, in quibus existunt, ad Cancellariam apostolicam remittant, per eundem vicecancellarium seu eius locumtenentem in ipsa Rota committendas, decernentes nihilominus ex nunc irritum et inane, quidquid per iudices seu commissarios predictos in dictis causis in posterum contigerit attemptatum. Volumus autem presentem regulam sive constitutionem omnibus illis petentibus dari et exhiberi, prout alie regule Cancellarie dari consueverunt, ita quod ei tam in iudicio quam extra fides indubia adhibeatur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et publicetur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis ‹dominice› MCCCCLXIII, die nona mensis februarii et pontificatus predicti[2].

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *1464 Februar 9*.

[a] *Firenze 64 folgt* per

**164.**

Statuimus et ordinamus regulam postea die assumptionis[1] nostre editam de constitutis in infirmitate beneficia simpliciter vel ex causa permutationis resignantibus et postea infra XX dies morientibus quoad nullitatem resignationis et vacationis ipsorum per mortem ac alia in dicta regula contenta locum habere, etiam quoad officiales Romane curie, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis existant officia sua, quecumque et qualiacumque sint, simpliciter resignantes.

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[2] Camerinus.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Senis[3] in Cancellaria apostolica, anno incarnationis MCCCCLXIII, die vero XXVIII mensis februarii pontificatus etc. anno sexto[4], et affixa in eadem Cancellaria, die prima mensis martii anno et pontificatus predictis[a5].

[1] *1458 September 3.*
[2] *Agapitus Rustici Cenci.*
[3] *Siena, Toskana, Italien.*
[4] *1464 Februar 28.*
[5] *1464 März 1.*

[a] *Layoutendnote*

**165.**

Sanctissimus etc. reservationes dudum videlicet unam XX die mensis novembris pontificatus sui anno secundo[1] et alteram die XIII[a] ianuarii pontificatus sui anno quarto[2] de certis beneficiis in quibusdam ecclesiis civitatum[b] et diocesium regnorum et dominiorum serenissimi principis domini Iohannis[3] Aragonum regis illustris vacaturis a se factas et in libro Cancellarie apostolice descriptas[4], quarum primam per annum durare voluerat et ad annum primo et postea ad alterum ac demum ad alios annos cum certis declarationibus et decretis, prout in singulis prorogationibus, quarum tenores etc. hic haberi voluit pro expressis, plenius continetur, prorogaverat et alteram per biennium durare voluerat[5], sive sortita foret suum effectum sive non, cum idem rex, cuius intuitu sanctitas sua dictas regulas ediderat, intentum suum consecutus non fuerit, ad unum alium annum a fine ipsarum ultimarum prorogationum et termini computandum cum omnibus declarationibus, decretis et clausulis in regulis et prorogationibus huiusmodi contentis, quas ad dictam etiam regu-

[1] *1459 November 20.*
[2] *1462 Januar 13.*
[3] *Johann II., 1458-1479 König von Aragon und 1425-1479 von Navarra.*
[4] *= Nr. 118 und 135.*
[5] *= Nr. 128, 134 und 145.*

lam ultimatim editam extendi voluit, prorogavit, non obstantibus, quod a die date presentium essent elapsus terminus dictarum reservationum et ultimarum prorogationum, et omnibus, que in dictis regulis et prorogationibus non obstare voluit, ac quibuscumque concessionibus, provisionibus, declarationibus et indultis ex post forsan in contrarium editis vel in posterum concedendis, quibus expresse nunc derogatum esse debuerit, ceterisque contrariis quibuscumque. Attento, quod dicta reservatio nondum est impleta et quoad partem non impletam intendit prorogare.

Placet domino nostro pape de prorogatione sex mensium, dummodo non comprehenda‹n›t beneficia reservata, et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[6] Camerinus.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Audientia contradictarum, die prima[7], et in Cancellaria apostolica, Senis[8], die octava mensis martii anno a nativitate domini MCCCCLXIII‹I›, pontificatus etc. anno sexto[9].

---

[6] *Agapitus Rustici Cenci.*
[7] *1464 März 1*.
[8] *Siena, Toskana, Italien.*
[9] *1464 März 8*.

---

[a] XIII *Firenze 64 zu* XIIII *verbessert*
[b] civitatum *Firenze 64* civitatibus

## 166.

Sanctissimus in Christo etc., tempus expediend(i) litteras apostolicas super supplicationibus per sanctitatem suam seu de eius mandato signatas alias per regulam eiusdem sanctitatis prefixum et deinde prorogatum, a fine ultime prorogationis ad semestre prorogando statuit, quod littere predicte super omnibus et singulis prorogationibus predictis durante huiusmodi semestri libere et licite expediantur et valeant.

Placet domino nostro pape, quod prorogetur IIII menses omnibus et singulis, quibus nondum est lapsum tempus, et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus.

Lecta et publicata ac affixa fuit suprascripta regula, Senis[2] in Cancellaria apostolica, anno incarnationis ‹dominice MCCCC›LXIIII, die II aprilis pontificatus etc. anno sexto[a3].

---

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *Siena, Toskana, Italien.*
[3] *1464 April 2*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] *Layoutendnote*

## 167.

Sanctissimus etc. volens prorogationem suis familiaribus in quodam libro Cancellarie apostolice descriptam ob singularia eorum merita largissime per eum concessam illesam observari declaravit[a] sue incommutabilis intentionis semper fuisse et esse, quod nulli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, preeminentie seu conditionis existant, in libro predicto non descripti, qui quibuscumque concessionibus, privilegiis, antelationibus, declarationibus, decretis, concessionibus, prerogativis et indultis ad instar eorundem familiarium in prefato libro descriptorum quodque veri et non ficti familiares censeri debeant et eisdem privilegiis, quibus familiares descripti huiusmodi utuntur et gaudent, pariformiter et absque diffe‹rentia› uti et gaudere possint, eisdem familiaribus in dicto libro descriptis in assecutione beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per prefatum sanctissimum dominum nostrum eis concessarum seu revalidationum earundem accepta‹ve›runt seu in futurum acceptabunt et de quibus eis provisum est seu privideri contigerit, aliquatenus debuerint aut poterint seu debeant vel possint anteferri, creatione in canonicum, diligentia, processu, decretis, declarationibus et indultis predictis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et ita mandavit in quibuscumque causis super beneficiis tam acceptatis provisione subsecuta coram quibuscumque iudicibus pendentibus iudicari et sententari, decernens irritum et inane, si secus super hiis attemptatum forsan est hactenus vel in futurum contigerit attemptari.

Placet domino nostro pape et legatur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[1] Camerinus.

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXIII‹I›, indictione duodecima, die vero sexta mensis iunii pontificatus etc. anno sexto[2], et in Audientia contradictarum, die nona mensis, anni, indictionis et pontificatus predictorum[3].

[1] *Agapitus Rustici Cenci.*
[2] *1464 Juni 6*.
[3] *1464 Juni 9*.

[a] declaravit *Firenze 64* declaraverit

## 168.

Mandat sanctissimus dominus noster regenti singulisque officialibus Cancellarie apostolice, ut in suis libris et codicillis regulam, que incipit „Cum ex diversis[1]“, alias a sanctitate sua in favorem suorum familiarium continuorum commensalium ‹concessam› corrigant videlicet, ubi dicitur „Volumus, statuimus et declaramus, quod dicti familiares“ etc. usque ad „Ac alias qualitercumque graduatis et qualificatis, quoad iam vacantia“ addatur „Et etiam vacatura similiter“, auditoribus Rote, omnibus aliis iudicibus ordinariis et delegatis, si eadem regula in aliquibus causis coram eis pendentibus exhibita fuerit seu producta, in registris earum causarum corrigi faciant et secundum hanc correctionem iudicent seu iustitiam ministrent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet domino nostro pape et ita mandat. Ag‹apitus›[2] Camerinus.

Lectum et publicatum fuit suprascriptum mandatum, Rome in Cancellaria apostolica, die XXVII mensis iunii anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno sexto[a3].

---

[1] *Vgl. Nr. 143.*
[2] *Agapitus Rustici Cenci.*
[3] *1464 Juni 27.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 169.

Expliciunt regule Cancellarie Pii pape secundi. Deo gratias[a].

---

[a] Expliciunt - gratias *Berlin 516; Greifswald 18* Expliciunt regule Cancellarie date et publicate a domino papa Pio 2° anno domini MCCCC etc., ut probatur; *Padova 64* Expliciunt regule Cancellarie etc. Amen etc.

## Extravaganten

## 170.

***BL 2825**, fol. 196v; **BL 2850**, fol. 186r; **VL 6343**, fol. 180r; **Paris 4172**, fol. 290v.*

ORDINATIO DOMINI PII PAPE II[a] SUPER FACULTATIBUS RECONCILIANDI ECCLESIAS[b].

Sanctissimus dominus noster dominus Pius divina providentia papa II[c], Rome, die octava novembris 1460 pontificatus sui anno tertio[1], voluit et mandavit, quod de cetero in facultatibus et concessionibus, quod ecclesie et cimiteria per sacerdotem reconciliari possent, excipiantur cathedrales, monasteria conventuales, collegiate et alie insignes ecclesie.

[1] *1460 November 8*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] II *BL 2850* secundi
[b] Ordinatio - ecclesias *BL 2850, VL 6343; Bl 2825 am linken Rand* Quere folio XXV *(= Tangl, Kanzleiordnungen S. 319 Nr. 124)*
[c] II *BL 2850, Paris 4172* secundus

## 171.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$*; *BL 2825*, *fol. 197v;* *BL 2850*, *fol. 186v-187r;* *VL 6343*, *fol. 180v;* *Paris 4172*, *fol. 251v-252r;* *GW 2069-2071*; *Druck:* *BR 5 S. 165f. Nr. 9.***

CONTRA PROMOTOS ANTE ETATEM ET EXTRA TEMPORA[a].

| *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172.* | *GW 2069-2071.* |
|---|---|
| Pius etc. Ad futuram rei memoriam. Cum ex sacrorum ordinum collatione caracter invisibilis[b] anime imprimitur, sacra ministeria dispensantur, ut[c] ipsarum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus gravius tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque, sicut fidedignorum relatione non nisi moleste accepimus, nonnulli clerici extra tempora a iure statuta, quidam ante etatem legitimam, aliqui vero sine dimissoriis litteris contra sanctiones canonicas se faciant ad sacros ordines promoveri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut aliis in posterum commitendi similia aditus precludatur, | Pius servus servorum Dei etc. |

auctoritate apostolica presenti constitutione perpetuo valitura statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli, qui absque dispensatione canonica aut legitima licentia sive extra tempora a iure statuta sive ante etatem legitimam[d] vel absque dimissoriis litteris, etiam citramontani[e] a citramontanis, preterquam si in hoc ultimo casu per Cameram apostolicam iuxta ipsius stilum ordinati fuerint, ad aliquem ex sacris[f] ordinibus se fecerint promoveri, a suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint et, si[g] huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare presumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, propter[h] quam ultra alias penas in tales generaliter a iure inflictas beneficiis ecclesiasticis[i], que ob-

tinent[j], possint[k] iure privari. Volumus autem, quod presens nostra constitutio in Romana Curia existentes[l] post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos, alios autem[m] et[n] ultramontanos post sex menses ab ipsius in Audientia contradictarum[o] et Cancellaria apostolica publicatione ac[p] affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[q]. Datum[r] Rome apud Sanctum Petrum[s], anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo[t] sexagesimo primo[u], quintodecimo[v] kalendas[w] decembris pontificatus nostri[x] anno quarto[y1].

Lecta et publicata fuit in Cancellaria apostolica, die quinta[z] mensis decembris anno a nativitate domini MCCCCLXI[aa] pontificatus prefati domini nostri anno quarto[bb2].

---

[1] *1461 November 17.*
[2] *1461 Dezember 5.*

---

[a] Contra - tempora *BL 2825; BL 2850, VL 6343* Contra male promotos ad ordines sacros
[b] invisibilis *VL 6343* invisibiliter
[c] ut *BL 2850, VL 6343* et
[d] legitimam *GW 2069* legittimam
[e] etiam citramontani *GW 2069-2071* et ultramontani
[f] sacris *GW 2069* sacri
[g] *GW 2069 folgt* in
[h] propter *GW 2069-2071* preter
[i] ecclesiasticis *GW 2069* ecclesiastici
[j] que obtinent *fehlt GW 2069-2071*
[k] *GW 2069-2071 folgt* a
[l] existentes *GW 2069-2071* existens
[m] autem *GW 2069-2071* vero
[n] autem et *BL 2850* non*; VL 6343* vero
[o] contradictarum *GW 2069* contradictorum
[p] ac *fehlt GW 2069-2071*
[q] omnino - incursurum *GW 2069* et cetera*; GW 2069-2070* etc.
[r] Datum *GW 2069-2071* Data
[s] apud - Petrum *fehlt GW 2069-2071*
[t] millesimo quadringentesimo *GW 2069* MCCCC
[u] millesimo - primo *Paris 4172, GW 2070-2071* 1461
[v] quintodecimo *Paris 4172, GW 2070-2071* 15*; GW 2069* XV
[w] kalendas *GW 2069-2071* calendas
[x] incarnationis - nostri *BL 2850, VL 6343* domini 1461
[y] quarto *BL 2850* 4[o]
[z] quinta *Paris 4172* V
[aa] MCCCCLXI *Paris 4172* 1461
[bb] Lecta – quarto *fehlt BL 2850, VL 6343, GW 2069-2070*

## 172.

***BL 2825**, fol. 198r.*

DEPUTATIO REGENTIS.

Rodericus[1] miseratione divina sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi locumtenenti nostro, salutem. Promeretur vestra singularis virtus, doctrina, fides et prudentia, ut vobis et vestra opera etiam in arduis et gravibus negotiis nostris utamur. Speramus enim et firmiter credimus, quod, quidquid paternitati vestre commiserimus, et diligentur et fideliter et cum laude, prout decet, perficietis. Cum igitur in presentiarum *(!)* nos cum sanctissimo domino nostro domino Pio divina providentia papa II, qui ab Urbe recedit, ire oporteat et magnopere cupiamus, ut in Cancellaria apostolica, cui prefecti sumus, que in Urbe remanet, omnia, que ad officium ipsius Cancellarie et observantiam eius et honorem nostrum pertinent, cum maturitate, fide, diligentia et accurata animadvertentia fiant et huic desiderio nostro vos optime satisfacturum confidamus, de mandato etiam ipsius domini nostri sanctissimi, cui virtus vestra et nota et cara est, vos locumtenentem nostrum in dicta Cancellaria apostolica, dum abesse nos continget, tenore presentium facimus et deputamus, dantes vobis omnem facultatem, potestatem et arbitrium, ut omnia et singula efficere possitis et exequi, que nosmet faceremus et exequeremur, si adessemus, que quidem alias locumtenentes nostri pro tempore existentes facere consueverunt, mandantes omnibus et singulis officialibus dicte Cancellarie et ceteris, ad quos spectat, ut in hiis, que ad officium nostrum huiusmodi et eius exercitium ac Cancellariam apostolicam pertineant, vobis obediant et pareant sicut persone nostre. In quorum fidem has fieri et nostri sigilli impressione muniri fecimus. Datum Rome in palatio nostro, die quarta mensis maii MCCCCLXII, pontificatus sanctissimi domini nostri suprascripti anno quarto[3].

Lecta et publicata fuit in Cancellaria apostolica, die mercurii quinta mensis maii MCCCCLXII, indictione decima, pontificatus sanctissimi domini nostri pape Pii anno quarto[4], et in Audientia contradictarum, die decima mensis suprascripti[a5].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*
[3] *1462 Mai 4*.
[4] *1462 Mai 5*.
[5] *1462 Mai 10*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 173.

***BL 2825**, fol. 198v.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

COMMISSIO REGENTIS[a].

R‹odericus›[1] cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi in Cancellaria apostolica locumtenenti nostro, salutem. Cum oporteat nos ire cum sanctissimo domino nostro papa, qui Albanum[3] proficiscitur, ne propter absentiam nostram in commissionibus signandis et distributionibus supplicationum, quas fieri necesse est, curiales et alii negotia sua expedire volentes incommodum patiantur, harum serie de mandato sanctissimi domini nostri nobis oraculo vive vocis facto vobis committimus, quatenus commissiones tam signatas per „Placet“ quam alias quascumque, quarum signatura nostro officio tribuitur, ac distributiones similiter expediatis, donec reversi erimus. Datum Rome in palatio nostro, sub fide nostri parvi sigilii, die XXIIII mensis maii, MCCCCLXIII[4].

A‹ntonius de› Tridento[5].

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*
[3] *Albano, Latium, Italien*.
[4] *1463 Mai 24*.
[5] *Antonius de Tridento.*

[a] Commissio regentis *BL 2825*

## 174.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825**, fol. 198v; **BL 2850**, fol. 187r; **VL 6343**, fol. 180v-181r; **Hannover 182**, fol. 34v; **Leipzig 1092**, fol. 98r; **Paris 4172**, fol. 252r-252v.*

IMPOSITIO DECIME SUPER OFFICIIS CURIE PRO EXPEDITIONE CONTRA TURCOS[a].

Pius episcopus servus servorum Dei[b]. Quoniam, ut proxime publicatum est[1], decrevimus adiuvante[c] Domino classem parare contra Turcos et personaliter ire in expeditionem proxima estate, ad quod opus sanctum et necessarium magna pecuniarum summa indigemus nec tantis sumptibus ecclesie facultates sufficere possunt. Ea propter ad huiusmodi onera supportanda reservamus[d] integram decimam partem[e] unius anni omnium emolumentorum et proventuum omnium et singulorum officiorum et officialium Romane curie, cuiuscumque gradus, conditionis et dignitatis existant. Mandamus itaque omnibus et singulis officialibus predictis, quatenus venerabili fratri nostro[f] L‹aurentio›[2] episcopo Ferrariensi, quem huius rei depositarium constituimus, integram et veram decimam omnium emolumentorum quocumque modo ratione dictorum officiorum provenientium infra mensem a die date[g]

[1] *In den hier verwendeten Textzeugen findet sich kein entsprechender Eintrag.*

presentium sequentem persolvisse debeant sub pena excommunicationis late sententie. Et nihilominus, si[h] in solutione huiusmodi[i] cessaverint aut renitentes fuerint, exercitio et emolumentis dictorum officiorum per annum integrum tenore presentium privamus et privatos esse declaramus. Que emolumenta huic operi eo ipso applicamus, non obstantibus privilegiis, indultis et litteris apostolicis eisdem concessis et aliis in contrarium facientibus (!) quibuscumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, die ultimo octobris[j] pontificatus nostri[k] anno sexto[3].

Placet domino nostro pape et publicetur in Audientia et describatur in Cancellaria, Ag‹apitus›[4] Camerinus[l].

Lectum et publicatum fuit suprascriptum[m] mandatum Rome in Cancellaria apostolica, die quinta[n] mensis[o] novembris[5], et in Audientia contradictarum, die eadem et[p] eiusdem mensis novembris anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio[q], pontificatus prefati domini nostri Pii pape secundi anno sexto[r6].

---

[2] *Laurentius Roverella*.
[3] *1463 Oktober 31*.
[4] *Agapitus Rustici Cenci.*
[5] *1463 November 5*.
[6] *1463 November 5*.

---

[a] Impositio - Turcos *BL 2850, VL 6343; BL 2825* De solvenda decima officiorum*; Hannover 182* Decima*; Leipzig 1092* Mandatum de decima officialium [...] Romane curie nondum est publicatum
[b] Pius - Dei *fehlt Leipzig 1092;* episcopus - Dei *BL 2825, BL 2850, Paris 4172* papa II
[c] adiuvante *Hannover 182* annuente
[d] reservamus *VL 6343* reservavimus
[e] partem *fehlt Hannover 182*
[f] nostro *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[g] date *BL 2850* datum
[h] si *fehlt Hannover 182*
[i] huiusmodi *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[j] anno - octobris *BL 2825, VL 6343* die ultimo octobris MCCCCLIII*; BL 2850* die ultimo octobris MCCCCLII*; Leipzig 1092* die ultima anno MCCCCLXIII*; Paris 4172* die ultimo octobris 1463
[k] pontificatus nostri *fehlt BL 2850, VL 6343*
[l] Placet - Camerinus *fehlt VL 6343, Hannover 182, Leipzig 1092*
[m] suprascriptum *Paris 4172* retroscriptum *(da auf der Vorderseite)*
[n] quinta *BL 2825 radiert; BL 2850, Paris 4172* V
[o] mensis *fehlt BL 2850*
[p] eadem et *BL 2825 radiert*
[q] dominice - tertio *BL 2850* 1463
[r] Lectum - sexto *fehlt VL 6343; Leipzig 1092* Publicatum die quinta novembris

## 175.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$*; BL 2825**, *fol. 199r;* **BL 2850**, *fol. 187v;* **VL 6343**, *fol. 181r-182r;* **Hannover 182**, *fol. 32r-33r;* **Leipzig 1092**, *fol. 98v-99v;* **Paris 4172**, *fol. 252v-253v.*

IMPOSITIO DECIME SOLVENDE PER OBTINENTES BENEFICIA IN COMMENDA ET PLURA INCOMPATIBILIA[a].

Pius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram[b] rei memoriam. Pastor providus, operosus et pervigil, qui dominici gregis superna sibi preordinatione commissi curam agere studet, intrepidus redemptoris nostri doctrina instruitur et exemplo, ut[c] non solum universa, que possidet, verum etiam animam[d] pro ovibus suis, ne iuxta comminationem propheticam earum sanguis de pastoris improvidi manibus requiratur, ponere non formidet. Unde nos, qui[e] licet insufficientibus meritis universalis ecclesie et eiusdem gregis moderamur habenas, repetentes animo, quanta[f] in catholice fidei et rei publice christianorum iniuriam truculenta Turcorum rabies attemptare presumpserit, quanta ve[g] eis damna[h] intulerit et, nisi eorum insano[i] furori[j] celeriter occurratur, sit verisimiliter allatura[k], non tantum nostras et Romane ecclesie facultates, quas pro tante rei magnitudine, immo verius vigentissima necessitate exposuere[l], sed et ipsam propriam nostram personam eorum temerariis ausibus opponere atque annuente[m] Altissimo ipsorum insolentias opportunis remediis[n] reprimere et arcere decrevimus, quemadmodum per alias nostras litteras novissime publicatas[1] affirmavimus, exemplum salubre reliquis prebendo christicolis, ut quisque secundum voti sui in regeneratione[o] lavacri baptismalis emissi promissionem Christi vicarium ac triumphale crucis vexillum, prout sibi possibile fuerit, pari voto sequatur. Verum quia ad preparandum exercitum terrestrem et maritimum sive classem et eosdem immanissimos Turcos a christianorum finibus propellendos profligandosque[p] eedem nostre et Romane ecclesie facultates non sufficiunt et divisa in partes onera levius proferuntur, dignum quoque censentes, ut, qui a nobis et apostolica sede uberiores gratias reportarunt, huic saluberrime expeditioni suarum facultatum partem liberalius conferre debeant et ultro nobis non poscentibus exhibere, ut illo opitulante, qui in se confidentes nusquam derelinquere consuevit, et ad ipsius honorem, laudem et gloriam, pacem et utilitatem fidelium in hac tam preclara[q] quam magnopere aggredimur re[r], proficere[s] valeamus, auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis[t] vel conditionis fuerint, tam exempti quam non exempti etiam[u] seculares[v] ac etiam cuiuscumque ordinis regulares ecclesias, monasteria, dignitates, personatus, administrationes vel officia aut quevis alia beneficia ecclesiastica in commendam seu etiam plura incompatibilia obtinentes tam de sibi commendatis quam de[w] incompatibilibus ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis, prioratibus,

[1] *Vermutlich die andere Konstitution, die Paul II. ebenfalls aufhob; vgl. auch oben Nr. 172.*

prepositurís et beneficiis huiusmodi, videlicet citramontani infra[x] tres, ultramontani vero infra[y] sex menses a publicatione presentium computandos integram medietatem illorum fructuum et reddituum Camere apostolice efficaciter solvisse teneantur et debeant et, si infra dictum tempus in huiusmodi solutione defecerint[z], eo decurso eorum quilibet sententiam excommunicationis incurrat et mensibus elapsis eisdem de ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, prioratibus, prepositurís et beneficiis eis facte commende ac etiam dispensationes ad incompatibilia beneficia huiusmodi eo ipso revocate censeantur et[aa] sint atque ecclesie, monasteria, dignitates, personatus, administrationes, officia[bb], prioratus, preposliture et beneficia predicta, que propterea vacare decernimus[cc], tamquam vacantia impetrari valeant et ipsi negligentes ad illa et alia obtinenda prorsus reddantur inhabiles. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus[dd], quod presentes littere, postquam in Cancellaria apostolica et[ee] Audientia contradictarum nostra publicate fuerint, perinde omnes et singulos, quos ipsarum[ff] effectus concernit, artent[gg], ac si eis et eorum cuilibet intimate et insinuate personaliter ac presentialiter extitissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, constitutionis, voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[hh] millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio[ii], pridie[jj] nonas novembris pontificatus nostri[kk] anno sexto[2].

G‹regorius› de Piccolominibus[3]. De curia.

B‹enedictus› de Maffeis[ll4].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome[mm] in Audientia contradictarum et in Cancellaria apostolica, die quinta[nn] mensis novembris anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio[oo], pontificatus prefati[pp] domini nostri domini Pii pape II anno sexto[qq5].

---

[2] *1463 November 4.*
[3] *Gregorius Lollius.*
[4] *Benedictus de Maffeis.*
[5] *1463 November 5.*

---

[a] Impositio - incompatibilia *VL 6343; BL 2825* Medietas fructuum pro expeditione contra Turcos*; Hannover 182* De medietate integra fructuum et reddituum; *Leipzig 1092* Mandatum de mediis fructibus nondum est publicatum. Bulla pape Pii de exactione clericorum
[b] futurum *Leipzig 1092* perpetuum *und darüber von anderer Hand* futuram
[c] ut *Hannover 182* et
[d] *BL 2850 folgt* suam
[e] qui *fehlt Hannover 182*

[f] quanta *VL 6343* quam tam
[g] ve *Hannover 182* in
[h] ve - damna *Leipzig 1092* que
[i] insano *fehlt Leipzig 1092*
[j] furori *Hannover 182* favore
[k] verisimiliter allatura *Hannover 182* verisimile ablativa
[l] exposuere *Hannover 182, Leipzig 1092* exponere
[m] *Hannover 182 folgt* domino
[n] remediis *BL 2825, Hannover 182* mediis
[o] in regeneratione *Hannover 182* et regenerationis
[p] profligandosque *VL 6343* profugandosque
[q] hac tam preclara *Hannover 182* hoc tam preclaro
[r] re *BL 2850* ut; *VL 6343, Paris 4172* ve
[s] re proficere *Hannover 182* reproficere
[t] ordinis *fehlt BL 2850, VL 6343*
[u] non - etiam *fehlt BL 2850, VL 6343; Hannover 182, Leipzig 1092, Paris 4172* etiam non exempti
[v] *BL 2850, VL 6343 folgt* et non exempti
[w] de *fehlt BL 2825, Hannover 182, Leipzig 1092*
[x] infra *BL 2850* et in
[y] vero infra *BL 2850* non ultra; infra *VL 6343* ultra
[z] defecerint *Hannover 182* deferrent
[aa] et *BL 2850, VL 6343* cum
[bb] *BL 2850 folgt* personatus
[cc] decernimus *Leipzig 1092* decrevimus
[dd] decernimus *Leipzig 1092* decrevimus
[ee] *BL 2850, VL 6343 folgt* in
[ff] *Leipzig 1092 folgt* litterarum
[gg] artent *Hannover 182* arceat
[hh] incarnationis dominice *BL 2850, VL 6343* domini
[ii] incarnationis - tertio *Leipzig 1092* etc. LXIII; millesimo - tertio *BL 2850, VL 6343* MCCCCLXIII
[jj] pridie *fehlt Hannover 182*
[kk] nostri *Leipzig 1092* Pii
[ll] G. - Maffeis *fehlt Hannover 182, Leipzig 1092*
[mm] Rome *fehlt BL 2850*
[nn] quinta *VL 6343* V
[oo] millesimo - tertio *BL 2850, VL 6343* MCCCCLXIII
[pp] prefati *fehlt BL 2850, VL 6343*
[qq] Lecta - sexto *fehlt Hannover 182; Leipzig 1092* Lecta et publicata in Audientia contradictarum quinta mensis novembris anno quo supra

## 176.

***BL 2825**, fol. 199v.*

DEPUTATIO LOCUMTENENTIS.

Rodericus[1] miseratione divina sancti Nicolai in Carcere Tulliano dianonus cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi locumtenenti nostro, salutem. Cum propter pestilentiam per aliquos dies ab alma Urbe discedere statuerimus et sciamus, quod, que vobis commiserimus, prout alias sepe experti sumus, et diligenter et fideliter et cum laude et integritate perficietis, de

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

mandato etiam sanctissimi domini nostri pape nobis oraculo vive vocis facto, harum serie vos locumtenentem nostrum in Cancellaria apostolica, dum aberimus, facimus, deputamus et constituimus, dantes vobis omnem facultatem, potestatem et arbitrium, ut omnia et singula efficere possitis et exequi, que nosmet faceremus et exequeremur, si adessemus, et que locumtenens huiusmodi pro tempore existens facere consuevit, mandantes omnibus et singulis officialibus dicte Cancellarie et ceteris, ad quos pertinet, ut in hiis, que ad locumtenentem huiusmodi et liberum eius exercitium ac Cancellariam apostolicam pertineant, vobis obediant et pareant sicut persone nostre. In quorum fidem has fieri et nostri sigilli impressione maioris rotundi communiri fecimus. Datum Rome in palatio nostro, die sexta novembris millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi anno sexto[3].

A‹ntonius de› Tridento[a4].

---

[3] *1463 November 6.*
[4] *Antonius de Tridento.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 177.

***RV 519 Rubr.**, fol. 3r; **RV 519**, fol. 31v-32r; **BL 2825**, fol. 199v-200r; **BL 2850**, fol. 188v-189r; **VL 6343**, fol. 182r-182v; **Hannover 182**, fol. 33v-34r; **Leipzig 1092**, fol. 100r-100v; **Paris 4172**, fol. 253v-254r.*

APPLICATIO SPOLIORUM QUORUMCUMQUE PRELATORUM DECEDENTIUM EXPEDITIONI CONTRA TURCOS[a].

| *Alle anderen Textzeugen.* | *RV 519 (korrigierte Fassung).* |
|---|---|

Pius episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram[c] rei memoriam. Ad exequendum pastoralis officii debitum nobis licet immeritis superna dispositione commissum indefessis studiis intendentes circa ea precipue nostre sollicitudinis partes convertimus, per que universos catholice fidei cultores, prout nobis[d] ex alto permittitur, a Turcorum et infidelium tirannide calamitosisque oppressionibus sublevemus[e]. Cum itaque nos nuper ad reprimendum eorundem[f] Turcorum et[g] infidelium truculentem rabiem et ne in posterum maiora christicolis[h] damna inferantur, sed a nostris finibus propellantur, nos duce altissimo, cuius causa agitur, una cum nonnullis ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus aliisque ecclesiarum prelatis atque diversarum nationum gentibus personaliter[i] accedere decreverimus[j], prout in aliis nostris inde confectis litteris plenius continetur, ac pro tante rei magnitudine et paranda classe nec non armigerarum[k] gentium stipendiis aliisque

necessariis oneribus supportandis nostre et Romane ecclesie facultates, quas huic saluberrimo et urgentissimo[l] operi sponte devovimus, non sufficiant et propterea, undecumque commodius possumus, opportuna subsidia exquirere compellimur. Hinc est, quod nos de[m] venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio pariter et assensu horum consideratione inducti omnia et singula

| | |
|---|---|
| spolia | bona |

quorumcumque prelatorum atque aliarum ecclesiasticarum personarum secularium et regularium

| | |
|---|---|
| | ex ecclesiis et beneficiis provenientia dedu[ctis ...]nistis sumptibus f[uneris] et moderata grat[ificationibus] familiarium |

ex nunc in antea durante expeditione ubilibet

| | |
|---|---|
| | ab intestato |

decedentium pro subsidio expeditionis predicte ac profectione[n] nostra et gentium earundem stipendiis et sustentatione auctoritate[o] apostolica tenore presentium ex certa scientia reservamus ac illa ad Cameram apostolicam et illius gentes omnino pervenire[p] decernimus per presentes. Volumus

| | |
|---|---|
| autem, quod iidem prelati et alie persone ecclesiastice, qui testandi licentiam obtinuerint, ita demum illa uti possint, si quartam partem eorum, de quibus testantur, huic operi legaverint vel reliquerint[q], cum effectu | etiam quartam partem bonorum huiusmodi, de quibus testabuntur prelati et alie persone ecclesiastice, que testandi licentiam obtinuerint, quomodocumque testentur et disponant, huic operi omnino et cum effectu applicari, |

quodque presentes ab eorum publicatione hic in Romana curia facienda perinde artent[r] omnes, quos negotium ipsum concernit, ubilibet existentes quoad ipsarum effectum, ac si eis et eorum cuilibet insinuate fuissent, non obstantibus quibuscumque concessionibus, dispensationibus, facultatibus, licentiis et indultis per nos vel sedem predictam tam prelatis quam aliis personis concessis et in antea forsitan[s] concedendis, quibus durante expeditione predicta nolumus suffragari, ceterisque contrariis quibuscumque[t]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre[u] reservationis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Da-

tum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[v] millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio[w], quarto idus novembris pontificatus nostri anno sexto[1].

Sunt expedite multe duplicate etc.

De curia[x].

Io‹hannes› de Salas[y2].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla in Cancellaria apostolica, Rome, anno incarnationis dominice[z] millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio[aa], die duodecima[bb] mensis[cc] novembris pontificatus prefati domini nostri[dd] Pii pape II[ee] anno sexto[3], R‹udolfus› Laventinus[ff4].

---

[1] *1463 November 10*.
[2] *Johannes de Salas*.
[3] *1463 November 12*.
[4] *Rudolfus de Rüdesheim.*

---

[a] Applicatio - Turcos *BL 2850, VL 6343; RV 519 Rubr.* Mandatum retineri bona quorumcumque prelatorum decedentium ab intestato*; BL 2825* Spolia prelatorum et ecclesiasticarum personarum durante expeditione*; Hannover 182* Spolia, testamentum; *Leipzig 1092* Bulla pape Pii super reservatione spoliorum et quarta in testamentis. Mandatum de spoliis con... non est publicatum
[b] *RV 519 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolomini) und darunter* Correcta de mandato sanctissimi domini nostri pape referente domino thesauriario *(mit den hier vermerten Korrekturen auf dem linken bzw. rechten Rand neben dem ursprünglichen Text)*
[c] futurum *Leipzig 1092* perpetuum *und darüber von anderer Hand* futuram
[d] nobis *RV 519* vobis
[e] sublevemus *Hannover 182* sallemus
[f] eorundem *BL 2850*, *VL 6343* eorum
[g] et *fehlt Hannover 182*
[h] christicolis *Hannover 182* christianis
[i] personaliter *Hannover 182* personalem
[j] decreverimus *BL 2850, VL 6343, Hannover 182* decrevimus
[k] armigerarum *VL 6343, Hannover 182, Leipzig 1092* armigerorum
[l] urgentissimo *Leipzig 1092* ingentissimo
[m] de *Hannover 182* ad
[n] profectione *Hannover 182* prefectione
[o] auctoritate *fehlt VL 6343*
[p] pervenire *Leipzig 1092* prevenire
[q] reliquerint *VL 6343* relinquerint
[r] artent *Hannover 182* arceant
[s] forsitan *fehlt Hannover 182*
[t] quibuscumque *fehlt Leipzig 1092*
[u] nostre *fehlt Hannover 182*
[v] incarnationis dominice *BL 2850, VL 6343* domini
[w] dominice - tertio *RV 519* etc. MCCCCLXIII*;* millesimo - tertio *BL 2825*, *VL 6343, Hannover 182* MCCCCLXIII*; BL 2850* 146III*; Paris 4172* 1463
[x] Sunt - curia *nur in RV 519; BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 rechtsbündig* G‹regorius› de Piccolominibus
[y] Iohannes - Salas *fehlt Hannover 182, Leipzig 1092*
[z] incarnationis dominice *VL 6343* domini
[aa] millesimo - tertio *VL 6343* MCCCCLXIII*; Paris 4172* 1463
[bb] duodecima *Paris 4172* 12
[cc] duodecima mensis *VL 6343* XII
[dd] *VL 6343 folgt* domini

[ee] pape II *fehlt VL 6343*
[ff] Lecta - Laventinus *fehlt RV 519, Hannover 182; BL 2850* etc.*; Leipzig 1092* Publicata in Cancellaria die duodecima novembris*;* Laventinus *VL 6343* Laurentinus

***177K. Paulus II.***

Cassa‹ta› fuit ista constitutio per Paulum II, ut infra fol. 205[a1].

[1] *= Paul II. Nr. 89.*

[a] Cassata - 205 *BL 2825 am linken Rand*

## 178.

***RV 516 Rubr****., fol. 8v;* ***RV 516****, fol. 201r-203v;* ***BL 2825****, fol. 200v-201r (durchgestrichen, = a), fol. 206v-208v (= b); als Insert auch in* ***BL 2850****, fol. 195r-198r;* ***VL 6343****, fol. 187r-188v;* ***Paris 4172****, fol. 261r-268r;* ***Druck:*** *TANGL, KO S. 179-183 Nr. 43 (nach BL 2825);* ***Regest:*** *HOFMANN, Forschungen 2 S. 27 Nr. 108 (mit Datum 1463 November 16). Wegen der besseren Übersichtlichkeit habe ich die Konstitution in Abschnitte geteilt.*

LITTERE INSTITUTIONIS OFFICII ABBREVIATORUM DE MINORI PARCO INSTITUTI PER PIUM II[a].

(1) Pius episcopus servus servorum Dei[b]. Ad perpetuam rei memoriam. Vices illius gerentes in terris[c], qui cuncta secundum illorum qualitates moderamine corrigit rectoque disponit iudicio. Ad ea, prout decet, sollerter intendimus, per que officia Cancellarie apostolice cum matura deliberatione maturoque consilio exerceantur[d] ac digna pro meritis emolumenta compensentur et, que hactenus deformata fuerunt, per nostre provisionis ministerium debite reformentur.

[a] Littere - II *BL 2850, VL 6343; RV 516* Creatio LXX abbreviatorum participantium. Est una bulla pro eisdem registrata in libro bullarum XXVIII *(= RV 496 = Nr., 189);* II *BL 2850* secundus est in [...]
[b] *RV 516 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*
[c] in terris *fehlt BL 2850*
[d] exerceantur *RV 516, BL 2825(a)* exerceant

(2) Cum igitur litterarum apostolicarum abbreviatorum[a] numerus, quem felicis recordationis Benedictus papa XII predecessor noster viginti quattuor[b] dumtaxat esse statuit[1], superiori tempore adeo excreverit et multiplicatus sit, ut infinitus quodam modo esse censeatur, quamplures etiam ad huiusmodi abbreviatorum officium admissi sint, qui ad[c] illud exercendum minime sunt idonei, quidam vero illud exacta diligentia exercent, qui exinde nulla vel modica emolumenta suscipiunt, quo fit, ut in expeditione litterarum apostolicarum, que per eandem Cancellariam expediuntur, antiquus stilus et ordo debitus quandoque non ob-

[1] *Vgl. Benedictus XII. Nr. 35B (rechte Spalte).*

servetur[d] et pauci ad exercitium officii huiusmodi se accomodent non sine dispendio procurantium litteras per Cancellariam predictam expediri.

---

[a] abbreviatorum *fehlt VL 6343*
[b] viginti quattuor *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* XXIIII
[c] ad *fehlt BL 2850*
[d] observetur *BL 2850, VL 6343* servetur

(3) Unde, cum ad nostrum spectet officium, super hoc opportune et celeriter providere, auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo statuimus, decernimus et ordinamus[a], quod numerus abbreviatorum litterarum predictarum, quibus dumtaxat fiet distributio, sit septuagenarius, qui omnes in quodam pitaphio ad instar scriptorum litterarum earundem describantur, ipsorumque abbreviatorum officium sit perpetuum ac disponi de eo possit in omnibus et per omnia sicut de officio scriptorie litterarum earundem ipsique septuaginta abbreviatores omnibus et singulis constitutionibus, statutis, ordinationibus, privilegiis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prerogativis, antelationibus, concessionibus et indultis quibuscumque gaudeant, potiantur et utantur pariformiter sicut scriptores antedicti etiam quoad hoc, ut familiares nostri et successorum nostrorum Romanorum pontificum perpetuo sint et in quibuscumque litteris apostolicis tales nominentur et littere apostolice gratiam vel iustitiam concernentes pro dictis septuaginta abbreviatoribus eorumque nepotibus et, si uxorati fuerint, pro eorum filiis gratis in omnibus officiis expediantur, extendentes ad prefatos septuaginta abbreviatores ac mandantes ea sub penis et censuris in illis contentis etiam quoad predictos septuaginta[b] abbreviatores firmiter observari in omnibus et per omnia, ac si illa dictis septuaginta abbreviatoribus de verbo ad verbum per nos concessa fuissent.

---

[a] ordinamus *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* declaramus
[b] septuaginta *RV 516* LXX

(4) Emolumentum vero, quod habebunt septuaginta abbreviatores predicti, sit una taxa equalis taxe, que datur pro grossa scriptoribus supradictis, tam de litteris, que per eandem Cancellariam, quam etiam de illis, que per Cameram expediuntur, etiamsi absque supplicatione et signatura illas expediri contingat, quodque singulo trimestri per ipsos abbreviatores participantes eligantur quattuor ex eis, qui vicecancellario sancte Romane ecclesie pro tempore existenti seu eius locumtenenti aut Cancellariam apostolicam[a] regenti presententur, et ille ex predictis quattuor, quem vicecancellarius, locumtenens aut regens ipsum[b] duxerit eligendum, distributor sit et nuncupetur et eandem taxam ponat in pitaphio et ad

ipsum distributorem et nullum alium sine speciali mandato nostro vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium omnes et singulas supplicationes, postquam fuerint registrate, sub pena excommunicationis et privationis officiorum quorumlibet, quas tam magistri et clerici registri earundem supplicationum quam alii id procurantes ipso facto incurrant, dictaque officia per huiusmodi privationem ex tunc vacare noscantur, pariformiter deferantur, sicut hactenus deferri consueverunt vicecancellario sancte Romane ecclesie pro tempore existenti seu eius locumtenenti vel Cancellariam ipsam de mandato nostro regenti, ipsiusque sic electi distributoris officium sit distribuere minutas, quarum expeditio procurabitur, abbreviatoribus antedictis equaliter et secundum ordinem[c], prout distribuuntur commissiones auditoribus Palatii apostolici, reliquas vero supplicationes fideliter conservare et illas futuro distributori post finem dictorum trium mensium sine diminutione quacumque consignare omnemque taxam huiusmodi concordato prius pitaphio cum pitaphio scriptorum eorundem - exceptis litteris simplicis iustitie ac provisionum ecclesiarum et monasteriorum, que fiunt consistorialiter et per protonotarios, ac etiam illarum, que per secretarios nostros in eadem Cancellaria expediuntur, ex quibus abbreviatores ipsi non participabunt -, singulo mense inter dictos participantes abbreviatores sub similibus penis equaliter partiri ad instar scriptorum eorundem, ita tamen quod, quisquis ipsorum participantium abbreviatorum plus receperit, quam valeat officium dicto mense, teneatur et debeat infra biduum post factam huiusmodi rationem sub eisdem penis illud restituere dicto distributori, qui non habentibus partem eis debitam immediate tradat et assignet[d].

---

[a] *BL 2825, Bl 2850, Vl 6343, Paris 4172 folgt* de mandato nostro
[b] ipsum *BL 2825, Bl 2850, Vl 6343, Paris 4172* ipse
[c] *BL 2850 folgt Wiederholung* postquam fuerint - ordinem
[d] habebunt - assignet *fehlt BL 2825(a)*

(5)[a] Si quis tamen ex dictis abbreviatoribus minutam super supplicatione[b] non confecerit vel confectam corrigi[c] procuraverit, quinta parte huiusmodi taxe careat, que detur abbreviatori de parco maiori, qui minutam correxerit et expediverit, et tamen dicta quinta pars in sortem dicti abbreviatoris, cui talis distributio facta fuerit, computetur ad similitudinem dictorum scriptorum apostolicorum non scribentium.

---

[a] *(5) fehlt BL 2825(a)*
[b] supplicatione *BL 2850, VL 6343* supplicationem
[c] *BL 2850 folgt* non

(6)[a] Insuper ex predictis abbreviatoribus extra parcum maiorem existentibus eligantur, examinentur et approbentur per ipsum vicecancellarium et predictos abbreviatores de parco maiori pro hac prima vice octo ex sufficientioribus ad parcum minorem[b] et sedecim pro prima visione et sex ad videndum[c] litteras, que in eadem Cancellaria per dictos secretarios expediuntur, cum aliis emolumentis consuetis et in futurum quoad eligendos, examinandos et approbandos ipsos abbreviatores de parco minori, de prima visione et[d] alios ad videndum litteras per secretarios expediendas huiusmodi antiquus ordo servetur.

---

[a] *(6) fehlt BL 2825(a)*
[b] minorem *BL 2825*, *BL 2850*, *VL 6343*, *Paris 4172* maiorem
[c] videndum *BL 2850, VL 6343* audiendam
[d] *BL 2850, VL 6343 folgt* ad

(7)[a] Nullique abbreviatori, nisi fuerit de numero ipsorum septuaginta[b] participantium, liceat de cetero sub excommunicationis pena late sententie signare litteras apostolicas per Cancellariam[c] vel Cameram, ut prefertur, expediendas, nullusque ex dictis abbreviatoribus de parco maiori vel minori et etiam ex secretariis nostris sub simili pena audeat litteras huiusmodi expedire, nisi fuerint per ipsum distributorem signate.

---

[a] *(7) fehlt BL 2825(a)*
[b] septuaginta *RV 516* LXX
[c] *BL 2850 folgt* apostolicam

(8)[a] Verum quia interdum oritur disceptatio super taxis litterarum earundem, volumus et mandamus, quod, quandocumque et quotienscumque inter rescribendarium et distributorem huiusmodi pro tempore existentes erit differentia super eisdem taxis, stetur iudicio et declarationi duorum vel trium antiquorum in dicto parco maiori, qui de huiusmodi taxis pleniorem habent notitiam et quorum auctoritas plurimum valet, prout tempore pie memorie Martini pape V etiam predecessoris nostri fieri consuevit.

---

[a] *(8) fehlt BL 2825(a)*

(9)[a] Super qualitate vero, idoneitate, etate et sufficientia admittendorum ad huiusmodi abbreviatorum officium servetur examen, sicut pro scriptoribus predictis iuxta eorum constitutiones hactenus observatum est et de presenti observatur.

---

[a] *(9) fehlt BL 2825(a)*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(10)[a] Rursus, ut nostre mentis affectus cunctis innotescat, volumus et etiam decernimus, quod, si qua supplicatio per nos seu de mandato nostro cuiquam in futurum distributa reperiatur, is, cui distributa fuerit, nullum sub eisdem excommunicationis et privationis penis, quas ipso facto contrafaciendo incurrat, emolumentum recipere possit, sed huiusmodi supplicatio pro non distributa habeatur et per ipsum distributorem modo premisso distribuatur.

[a] *(10) fehlt BL 2825(a)*

(11) Et hoc, quod nobis licere non patimur, futuris successoribus nostris Romanis pontificibus indicimus, districtius inhibentes dilecto filio nostro Roderico[1] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali moderno et pro tempore existenti vicecancellario seu eius locumtenenti aut Cancellariam ipsam regenti, ne sub pena excommunicationis aliquam supplicationem cuiquam etiam ex dictis abbreviatoribus participantibus distribuere vel de eisdem distributionibus se amplius intromittere aut aliquid contra statutum, ordinationem[a], decretum et inhibitionem huiusmodi attemptare quoquo modo presumant, decernentesque ex nunc irritum et inane, si secus[b] super hiis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari - litteris bone memorie Calixti pape III predecessoris nostri super numero et admissione abbreviatorum ad huiusmodi parcum maiorem[2], quas cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis harum serie ex certa scientia innovamus, in suo pleno robore suaque firmitate perpetuo remanentibus -, adiicientes eisdem, quod ipsi abbreviatores de parco maiori in processionibus et quibuscumque aliis actibus sollemnibus et etiam tempore, quo in eodem parco sedebunt, teneantur et debeant deferre caputium foderatum ad instar advocatorum proponentium in consistorio Palatii apostolici quodque cedente vel decedente aliquo ex predictis abbreviatoribus de parco maiori non locus de parco maiori, sed emolumenta, que illi pertinebant, vacent ipseque locus extinctus sit, donec numerus dictorum abbreviatorum de parco maiori, qui viginti[c] sunt, ad duodecim[d] fuerit reductus, non obstantibus premissis et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis et regula nostra de non recipienda nisi certa expressa quota pro minutis antedictis[3] ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, constitutionis, ordinationis, extensionis, mandati, voluntatis, decreti et adiectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipoten-

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja.*
[2] *= Calixtus III. Nr. 130.*
[3] *= Nr. 41.*

tis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio[e], decimo septimo[f] kalendas decembris pontificatus nostri anno sexto[4].

De curia[g].

D‹ominicus› de Piscia[5].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXIII, die vero XVIIII mensis novembris pontificatus prefati domini nostri Pii pape II anno sexto[h6].

---

[4] *1463 November 15*.
[5] *Dominicus de Pacinis de Piscia.*
[6] *1463 November 19.*

---

[a] Et hoc - ordinationem *fehlt BL 2825(a)*
[b] secus *fehlt RV 516 (durchgestrichen), BL 2825*
[c] viginti *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* XX
[d] duodecim *Paris 4172* XII
[e] incarnationis - tertio *RV 516* etc. MCCCCLXIII; millesimo - tertio *BL 2850, Paris 4172* 1463*; VL 6343* MCCCCLXIII
[f] decimo septimo *BL 2850, Paris 4172* 17*; VL 6343* XVII
[g] *BL 2825 folgt auf neuer rechtsbündiger Zeile* G. de Piccolominibus (= *G. de Piccolominibus)*
[h] De curia - sexto *fehlt BL 2825(b), BL 2850, VL 6343, Paris 4172;* Lecta - sexto *fehlt RV 516*

## 179.

***BL 2825**, fol. 201v; **BL 2850**, fol. 190r; **VL 6343**, fol. 183r-183v; **Paris 4172**, fol. 255v-256r.*

SUPPLICATIO, QUOD COMMITATUR VICECANCELLARIO, UT SUPRASCRIPTAM CONSTITUTIONEM DET[a].

Beatissime pater. Cum devotus orator vestre sanctitatis Gerwinus Miteken[1] clericus Coloniensis[2] diocesis indigeret regula supradicta[3] per eandem sanctitatem vestram edita ac de mandato eiusdem sanctitatis in quinterno Cancellarie scripta et ibidem publicata pro verificanda commissione[b], quam idem Gerwinus a sanctitate vestra[c] in causa, que inter eum ex una et quendam Henricum Huseman[4] de et super decanatu ac certis canonicatu et prebenda ecclesie sancti Patrocli Susaciensis[5] Coloniensis diocesis coram reverendo patre domino Bernardo Rovira[6] sacri Palatii apostolici causarum auditore in tertia instantia pendente pro eo, quod contra oratorem et pro adversario due absolutorie sententie dumtaxat late sint et a vestra sanctitate consistorialiter obtinuit pro[d] dicta regula habenda de[e]

---

[1] *Vgl. zu ihm RG 8 Nr. 1554*.
[2] *Köln, Deutschland.*
[3] = *Nr. 69*.
[4] *Vgl. zu ihm RG 8 Nr. 621, 1864, 1554, 2015, 3172.*
[5] *Soest, Deutschland*.
[6] *Bernardus Rovira.*

Cancellaria et in dicta causa producenda ad effectum verificationis predicte pluries ad vestram sanctitatem et ad revererendissimum dominum vicecancellarium recursum habuit, verum quia domini abbreviatores in parco[f] presidentes dicunt illam non esse de dandis, adhuc orator prefatus illam habere non potuit. Ne igitur, pater sancte[g], orator prefatus in bono iure, quod in beneficiis, de quibus agitur, habet, propterea supplantari contingat, si dictam regulam non haberet et propterea dictam commissionem consistorialem verificare non posset, dignetur igitur vestra sanctitas prefato reverendissimo domino vicecancellario committere et mandare, quod pro ista vice eidem oratori dictam regulam tradat seu dari et tradi mandet et faciat in forma valida et alias solita, non obstante, quod, ut dicitur, non sit de dandis, et ceteris etiam in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet domino nostro pape, Ag‹apitus›[7] Camerinus.

---

[7] *Agapitus Rustici Cenci.*

---

[a] Supplicatio - det *BL 2850, VL 6343*
[b] verificanda commissione *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* verificando commissionem
[c] *Paris 4172 folgt* predicta
[d] pro *BL 2850, VL 6343* quod
[e] de *BL 2850, VL 6343* in
[f] parto *VL 6343* paro
[g] sancte *fehlt BL 2850*

## 180.

***BL 2825**, fol. 202r-202v; **BL 2850**, fol. 190v; **VL 6343**, fol. 184r; **Paris 4172**, fol. 256v.*

MODUS [DANDI] REGULAS SIVE CONSTITUTIONES[a].

Reverendissime[b] pater. Cum devotus vester Martinus Gisbert in quadam causa vertente inter ipsum agentem ex una et quosdam Petrum Camps et Franciscum Blanc assertos clericos adversarios de et super parochiali ecclesia loci de la Iana Dertusensis[1] diocesis et eorum occasione partibus ex altera in prima instantia coram reverendo patre domino Gaspare de Teramo[2] sacri Palatii apostolici causarum et cause huiusmodi auditore indecise pendente pro iuris sui tuitione et conservatione[c] prescriptis regulis sive constitutionibus[3] asserat se indigere, dignetur igitur, beatissime pater, easdem per duos litterarum apostolicarum abbreviatores cum libro Cancellarie auscultatas tali modo subscribere et signare, quod eis in iudicio et extra fides adhibeatur indubia, non obstantibus quibuscumque.

---

[1] *Tortosa, Katalonien, Spanien.*
[2] *Gaspar de Teramo.*
[3] = *Nr. 1 und 118.*

Placet domino nostro pape, Ag‹apitus›[4] Camerinus.

[4] *Agapitus Rustici Cenci.*

[a] Modus - constitutiones *BL 2825; BL 2850, VL 6343* Forma dandi regulas Cancellarie
[b] Reverendissime *VL 6343, Paris 4172* Beatissime
[c] conservatione *VL 6343* conversatione

## 181.

***BL 2825**, fol. 202v; **BL 2850**, fol. 191r; **V**at. **L**at. **6343**, fol. 184r; **Paris 4172**, fol. 257r.*

Beatissime pater. Cum devotus orator vester Iohannes Rousselli[a] clericus Constantiensis[1] diocesis[b] licentiatus in legibus ac devote creature vestre Guilielmi[2] episcopi Ostiensis familiaris continuus commensalis tribus regulis Cancellarie per sanctitatem vestram editis et inferius successive descriptis[3] pro sui iuris tuitione et defensione in quadam causa Rothomagensis[4] canonicatus et prebende indigeat, supplicat igitur sanctitati vestre dictus Iohannes, quatenus reverendissimo in Christo patri[c] domino R‹oderico›[5] sancti Nicolai in Carcere Tulliano sacrosancte Romane ecclesie vicecancellario, ut[d] huiusmodi tres regulas per duos litterarum apostolicarum abbreviatores auscultatas et alias taliter expeditas, quod eis et ipsarum cuilibet in iudicio et extra plena fides adhiberi[e] valeat, eidem oratori pro iuris huiusmodi defensione tradat seu tradi mandet et faciat committere et mandare dignemini de gratia speciali.

[1] *Coutances, Basse-Normandie, Frankreich.*
[2] *Guillaume d'Estouteville.*
[3] *= Nr. 139, 176 und 177*.
[4] *Rouen, Haute-Normandie, Frankreich*.
[5] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

[a] Rousselli *VL 6343* Ronselli
[b] diocesis *fehlt BL 2850, VL 6343*
[c] *BL 2850, VL 6343 folgt* et
[d] ut *VL 6343, Paris 4172* ad
[e] adhiberi *BL 2850, VL 6343* adhibere

## 182.

***BL 2825**, fol. 202v-203r; **BL 2850**, fol. 191v; **VL 6343**, fol. 184v; **Paris 4172**, fol. 257v.*

Item voluit et ordinavit, quod in partibus Gallicanis in expectativis nulli detur ad canonicatus et prebendas ecclesiarum cathedralium, magistris in theologia, doctoribus et licentiatis cum rigore examinis et in iure canonico vel civili, magistris in medicina, licentiatis et baccalariis in theologia, magistris in artibus, qui per septennium post magisterium in artibus rexerint[a] vel in theologia huiusmodi tam diu studuerint, apostolice sedis officialibus

apud eandem sedem suis officiis actu pro tempore insistentibus, domini nostri pape, cardinalium, imperatoris[b], regum et ducum nepotibus et consanguineis ac nobilibus dumtaxat exceptis. Alii vero ad huiusmodi canonicatus et prebendas petentibus detur de beneficio cum cura vel sine cura, prout capaces fuerint, etiamsi canonicatus et prebenda alterius quam cathedralis ecclesie existat, ad integram collationem etc. utpote archiepiscopi vel episcopi et capituli singulorumque canonicorum et personarum etiam dignitatem etc. obtinentium[c] ecclesie, in qua ad prebendam petebant se admitti.

[a] rexerint *fehlt BL 2850*
[b] imperatoris *BL 2850, Paris 4172* imperatorum
[c] obtinentium *VL 6343, Paris 4172* continentium

**183.**

***BL 2825**, fol. 203r; **BL 2850**, fol. 191v-192r; **VL 6343**, fol. 184v; **Paris 4172**, fol. 257v.*

Item voluit et ordinavit, quod in Parisiensi[1], Rothomagensi[2], Tornacensi[3], Baiocensi[4], Narbonensi[5], Remensi[6], Ambianensi[7] et Leodiensi[8] ecclesiis nulli detur ad canonicatus et prebendas ex rotulis expectativis quibuslibet, in theologia et medicina magistris ac doctoribus et cum rigore examinis in aliquo iure licentiatis, fratribus, nepotibus et consanguineis germanis dominorum cardinalium et magnis nobilibus ac officialibus sedis apostolice dumtaxat exceptis.

Placet domino nostro pape, Ag‹apitus›[9] Camerinus. R‹odericus›[10] cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius[a].

[1] *Paris, Île-de-France, Frankreich*.
[2] *Rouen, Haute-Normandie, Frankreich.*
[3] *Tournai, Wallonien, Belgien*.
[4] *Bayeux, Basse-Normandie, Frankreich.*
[5] *Narbonne, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[6] *Reims, Champagne-Ardenne, Frankreich.*
[7] *Amiens, Picardie, Frankreich*.
[8] *Lüttich/Liège, Belgien.*
[9] *Agapitus Rustici Cenci.*
[10] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

[a] Rodericus - vicecancellarius *fehlt BL 2825, VL 6343*

**184.**

***BL 2825**, fol. 203r (z.T. verblasst).*

DEPUTATIO LOCUMTENENTIS IN CANCELLARIA.

R‹odericus›[1] cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi in Cancellaria apostolica locumtenenti nostro, salutem. Experti iam dudum et integritatem et doctrinam vestram ac egregiam in rebus exercendis fidem et scientia manifesta. Quod in officio Cancellarie apostolice prudenter, admodum diligenter et cum multa laude quotiens ad munera vobis com[missa ...] ea cuncta fecistis, que ad officium pertinent, iterum decrevimus per has nostras patentes vices nostras vobis committere. Cum[a] cum sanctissimo domino nostro, qui ab alma Urbe recedere ad balnea proficiscitur, nos ire oportet, harum igitur serie vos locumtenentem nostrum ut alias in ipsa Cancellaria apostolica facimus et constituimus ac voluimus et vobis plenam et liberam facultatem concedimus, ut omnia et singula faciatis et exequamini, que nos faceremus ac exequeremur, si adessemus, et que locumtenens huiusmodi facere et exequi consuevit, mandamusque omnibus et singulis officialibus nostris Cancellarie et ceteris, ad quos pertinet, ut vobis pareant et obediant in hiis, que ad officium ac liberius eius exercitium pertinent tamquam persone nostre. Datum Rome in palatio nostro sub fede nostra maioris rotundi sigilli, die sexta februarii MCCCCLXIIII, pontificatus domini Pii anno sexto[3].

A‹ntonius de› Tridento[4].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*
[3] *1464 Februar 6*.
[4] *Antonius de Tridento*.

---

[a] Cum *BL 2825* Q(u)m

## 185.

***BL 2825**, fol. 203v.*

Rodericus[1] miseratione divina sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo patri domino Iohanni de Cortadellis[2] decretorum doctori abbati sancti Felicis Gerundensis[3] diocesis locumtenenti nostro, salutem. Cum nuper nos reverendum patrem dominum A‹lvarum›[4] episcopum Silvensem locumtenentem nostrum, qui istic nomine nostro officium Cancellarie exercebat, ad nos venire decreverimus ac cum sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Pium papam II continue sequamur et propterea Rome personaliter interesse ne-

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Johannes de Cortadellis.*
[3] *Girona, Katalonien, Spanien*.

queamus, idcirco de probitate et virtutibus vestris constistit, harum serie vos locumtenentem Cancellarie predicte de mandato ipsius sanctissimi domini nostri vive vocis oraculo nobis facto facimus et creamus cum omnibus et singulis facultatibus neccessariis et opportunis, et quibus dictus reverendus dominus episcopus Silvensis nomine nostro utebatur, volentes et constituentes, quod vos quascumque commissiones signetis ac signare possitis et omnia alia faciatis et facere possitis, que dictus dominus episcopus faciebat et circa predicta facere poterat et que ad dictum officium spectant et necessaria sunt ac opportuna, vos vero ita vos geratis, ut merito diligentiam, probitatem et prudentiam vestram commendare possimus. Datum Pientie[5] in domo habitationis nostre sub nostro rotundo sigillo, die XV mensis februarii MCCCCLX quarto, indictione XII, pontificatus vero sanctissimi domini nostri pape predicti anno sexto[6].

Io. de Prato[7] pro A‹ntonio de› Tridento[a8].

---

[4] *Alvarus Alfonsi.*
[5] *Pienza, Toskana, Italien*.
[6] *1464 Februar 15*.
[7] *Jo. de Prato.*
[8] *Antonius de Tridento.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 186.

***BL 2825**, fol. 203v.*

R‹odericus›[1] cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi in Cancellaria apostolica locumtenenti nostro, salutem. Experti totiens et probitatem et prestantiam animi ac fidem vestram et insignem gerendis in rebus peritiam. Harum serie quoniam per aliquot dies nos abesse oportet, vos locumtenentem nostrum in ipsa Cancellaria apostolica denuo facimus et constituimus, dum absentes eximus, quod rei publice christiane causa nobis contingit, cum Pisas vadamus ad parandam triremem, quam fieri fecimus, et arulandam, qua cum sanctissimo domino nostro ituri sumus in bellum contra hostes fidei, ac propterea volumus et vobis indulgemus, ut plenam et liberam facultatem habeatis omnia et singula exequendi et faciendi, que ad huiusmodi locumtenentem nostrum pertinent et que nos faceremus, si adessemus. Quapropter omnibus et singulis officialibus Cancellarie apostolice et ceteris, ad quos pertinet, mandamus, ut vobis obediant sine ulla contradictione tamquam persone

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*

nostre in hiis omnibus, que ad officium nostrum pertinent. Datum Senis[3] sub fide nostri rotundi maioris sigilli, die quinta aprilis MCCCCLXIIII, pontificatus sanctissimi domini nostri pape Pii II anno sexto[4].

A‹ntonius de› Tridento[a5].

---

[3] *Siena, Toskana, Italien*.
[4] *1464 April 5*.
[5] *Antonius de Tridento.*

---

[a] *Layoutendnote*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 187.

*RV 472, fol. 63 (so HOFMANN 2 S. 114); **BL 2825**, fol. 204r; **BL 2850**, fol. 192r-192v; **VL 6343**, fol. 185r; **Paris 4172**, fol. 257v-258v. Vgl. zu diesem Amt HOFMANN, Forschungen 1 S. 46f.*

DECLARATORIA SUPER OFFICIO „DE CONSUETIS“[a].

Cum, sicut accepimus, orta fuerit controversia super officio „De consuetis“ nuncupato in Cancellaria apostolica inter dilectos filios magistros Antoniummariam de Tuscanis[1] iuris utriusque doctorem Ferrariensem litterarum apostolicarum abbreviatorem de presidentia maiori, qui[b] a nobis per litteras apostolicas motu proprio emanatas in eodem officio per obitum quondam Bartholomei de Monte[2] vacante constitutus et deputatus fuit, ex una et Iacobum de Rizonibus[3] clericum Veronensem dictarum litterarum scriptorem et abbreviatorem asserentem se a dilecto filio nostro Roderico[4] sancti Nicolai in Carcere Tulliano sancte Romane ecclesie vicecancellario in ipso officio constitutum et deputatum fuisse dictumque Iacobum non solum litterarum apostolicarum abbreviatorem de presidentia maiori, sed etiam earundem litterarum scriptorem existere partibus ex altera, nos attendentes, quod duo ad ipsum officium exercendum esse non debent nec consueverunt, ne, cum aliquod instrumentum minus validum ab altero impugnatur, ad alium recurratur, et animadvertentes, quod nos omnium officiorum Romane curie veri dispensatores et auctores sumus et ad nos divina dispositione pertinet de ipsis officiis disponere, prout rerum et temporum ac personarum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire, motu simili mentem nostram fuisse et esse dictum Antoniummariam verum et unicum officialem „De consuetis“ fore et esse ipsumque officium „De consuetis“[c] ad eundem Antoniummariam et non ad prefatum Iacobum spectare et pertinere in omnibus et per omnia, prout in eisdem litteris nostris latius continetur, auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nec non dicto vicecancellario seu eius locumtenenti per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum Antoniummariam pacifica dicti officii cum omnibus honoribus, oneribus et emolumentis consuetis possessione frui ac prefatas litteras nostras inviolabiliter observari ac de fructibus ipsius officii tam preteritis quam futuris integre responderi faciat, amoto exinde dicto Iacobo et quolibet alio illicito detentore, non obstante, quod dictus Antoniusmaria earundem litterarum scriptor non sit. Attento, quod scriptor fuit[d] quemad-

---

[1] *Antoniusmaria de Tuscanis.*
[2] *Bartholomeus de Monte.*
[3] *Jacobus de Rizonibus.*
[4] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

modum dictus Bartholomeus de Monte, eius predecessor scriptor fuerat et tamen idem Bartholomeus etiam, cum scriptor ipsarum litterarum non esset, officium „De consuetis“ predictum exercebat, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, etiamsi de ipsis presentibus habenda esset mentio specialis, contradictores per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo.

Placet domino nostro pape et ita declarat ac mandat, Ag‹apitus› Camerinus[5].

---

[5] *Agapitus Rustici Cenci.*

---

[a] Declaratoria - consuetis *BL 2850, VL 6343; BL 2825* „De consuetis“
[b] qui *BL 2850, VL 6343* quibus
[c] fore - consuetis *fehlt VL 6343*
[d] fuit *Paris 4172* sint

## 188.

***BL 2825**, fol. 204r-204v; **BL 2850**, fol. 192v-193r; **VL 6343**, fol. 185r-185v; **Paris 4172**, fol. 258v-259r.*

MANDATUM, QUOD CERTA SUPPLICATIO CANCELLETUR DE REGISTRIS ET SUPER EA LITTERE NON EXPEDIANTUR[a].

Motu proprio et ex certa scientia universis et singulis nostris et apostolice sedis officialibus tam in Cancellaria quam Camera apostolicis necnon registris bullarum et supplicationum ac alias ubilibet constitutis et signanter magistris, clericis et scriptoribus in dicto registro supplicationum existentibus sub excommunicationis late sententie pena statim visis presentibus supplicationem gratie „Si neutri“, quam super prepositura Salzeburgensi[1] pro quodam Gaspare de Stubenberg[2] inadvertenter preoccupati signavimus, et[b] in dicto registro libro primo folio LXXXXIIII[c] registratam de dicto registro nec non ‹nomen› eiusdem Gasparis ex omnibus et singulis libris et rubricellis atque repertoriis ipsius registri ac locis quibuscumque, in quibus ratione et ob respectum dicte supplicationis reperitur, omnino cassetis atque deleatis nec eidem aut cuicumque alteri copiam seu sumptum huiusmodi supplicationis[d] petenti etiam de iam cassata tradatis seu assignetis. Motu et scientia similibus et sub dicta pena mandamus insuper vobis aliis supradictis, quatenus super huiusmodi originali supplicatione, quam cassamus et viribus vacuamus ac pro cassata et viribus vacuata habemus nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse decernimus atque declaramus[e] ac pro tali haberi volumus, litteras apostolicas expedire non presumatis nec huiusmodi originali supplicationi fidem aliquam adhibeatis, sed eandem vos omnes et singuli vestrum, postquam ad manus vestras pervenerit, retineatis et, quamprimum poteritis, nobis presentetis seu presentari faciatis, alioquin etc.

Fiat motu proprio et ita mandamus, E‹neas›[f3].

---

[1] *Salzburg, Österreich*.
[2] *Vgl. RG 8 Nr. 1320*.
[3] *Eneas Silvius Piccolomini = Pius II*.

---

[a] Mandatum - expediantur *VL 6343; BL 2825* Quando supplicatio est cassata in registris, non possit expediri super originali
[b] *BL 2825, BL 2850, Paris 4172 folgt* que
[c] LXXXXIIII *BL 2850, VL 6343* nonaginta quarto*; Paris 4172* nonagesimo quarto
[d] omnino - supplicationis *fehlt BL 2850*
[e] decernimus - declaramus *BL 2850, VL 6343* declaramus atque decernimus
[f] *VL 6343, Paris 4172 folgt* R‹odericus› cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius *von Nr. 185*

## 189.

***BL 2825**, fol. 204v; **VL 6343**, fol. 185v.*

DEPUTATIO LOCUMTENENTIS.

R‹odericus›[1] cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi Cancellarie apostolice locumtenenti nostro, salutem. Cum iam sepenumero propterea, quod abire nos oportuit et ab officio Cancellarie nos abesse, reverende paternitati vestre vices nostras commiserimus et pro prudentia, integritate, doctrina et fide vestra cuncta laudabiliter perfecistis. Idcirco, cum ad presens etiam recedimus et cum sanctissimo domino nostro in sacrosanctam expeditionem in Turcos vadamus, dum a Cancellaria abfuerimus, vobis harum serie impartimur, ut alias, et vos locumtenentem nostrum cum omni solita facultate et potestate facimus et constituimus, sicut in aliis nostris patentibus superioribus diebus patuit. Datum Rome in palatio nostro, die vicesima secunda iunii MCCCLXIIII[3], sub fide nostri rotundi sigilli[a].

A‹ntonius de› Tridento[b4].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*
[3] *1464 April 22*.
[4] *Antonius de Tridento*.

---

[a] reverendo - sigilli *fehlt VL 6343*
[b] *Layoutendnote*

## 190.

***RV 496 Rubr.**, fol. 3v; **RV 496**, fol. 155v-158r; **BL 2825**, fol. 208v-211r; **BL 2850**, fol. 198r-202r; **VL 6343**, fol. 188v-190v; **Paris 4172**, fol. 261r-268r; **Druck:** Tangl, KO S. 183-188 Nr. 44 (nach BL 2825/Paris 4172); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 28 Nr. 112. Wegen ihrer Länge habe ich die Konstitution in Abschnitte geteilt.*

Ordinationes super officio abbreviatorum de minori parco facte per Pium II[a].

(1) Pius episcopus servus servorum Dei[b]. Ad perpetuam rei memoriam. Quo salubrius et honestius a nobis consultum intelligimus ordinate ac laudabili directioni Cancellarie apostolice ex ea provisione et institutione abbreviatorum apostolicorum ad certum numerum certamque legem, quam per bullas nostras sub data decimo septimo[c] kalendas decembris pontificatus nostri anno sexto[1] matura cum deliberatione et urgenti causa edidimus, reiecta omni confusione explosisque erroribus, quotquot ex superfluo et incomposito numero ipsorum abbreviatorum et abusu superiori tempore proveniebant, cumque etiam expletum iam esse perceperimus septuagenarium ipsorum abbreviatorum numerum a nobis institutum ex viris[d] scientia, probitate ac fide, erga nos et apostolicam sedem preditis ac omni ex parte commendatione dignis eo impensius menti nostre consonum et apostolice sedis honori conveniens existimamus, ut particularius districtiusque exercitia, honores, commoda, habitum et queque alia denique ad ipsos abbreviatores et eorum[e] collegium ac officium pertinentia, que in priori bulla nostra sub generalitate quadam, sed minus perspicue comprehensa videntur, per has nostras litteras exaremus.

[1] *1463 November 16, = Nr. 176.*

[a] Ordinationes - II *BL 2850, VL 6343; RV 496* Abbreviatorum ordo
[b] *RV 496 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*
[c] decimo septimo *BL 2850, VL 6343* XVII
[d] viris *fehlt BL 2825*
[e] eorum *fehlt BL 2850, VL 6343*

(2) Ut igitur collegium dictorum abbreviatorum, quod inter alia Romane curie nobis peculiare est, ad utilitatem omnium ratione, prudentia et sine cotidiana disceptatione laudabiliter gubernetur ac omnis differentia, que ex incompositis officiis quandoque solet obooriri, e medio tollatur, motu proprio non ad alicuius nobis super hoc[a] oblate petitionis instantiam, sed ex nostra scientia et mera voluntate ac honestatis debito sic suadente venerabilem fratrem nostrum Laurentium[1] episcopum Ferrariensem et dilectos filios magistros[b] Gui-

[1] *Laurentius Roverella.*

lielmum Gonne[2] ac Antonium de Cortesiis[3], Michaelem Amici[4], Iohannem de Millinis[c5], Iohannem de Angeroles[6], Antonium de Tuscanis[7], Iacobum Bignetti[8], Antonium de Piscia[9], Iacobum de Rizonibus[10], Nicolaum de Castello[11], Fabricium[12], Antonium de Montia[13], Petrum de Godis[14], Iohannem Horn[15], Nicolaum Tunguen[16], Iacobum de Minutulis[17], Ciriacum[18], Bartholomeum de Cochapanis[19], Franciscum de Aquila[20], Baptistam de Alberto[21], Hugonem de Bentiis[22], Iohannem de Monilla[23], Calistum de Urbino[24], Carolum de Manellis[25], Remigium Gomecii[26], Nicolaum Garilliati[27], Baudetum[28], Godefridum[29], Iohannem de Carrione[30], Oliverium Principis[31], Rodulphum[32], Bartholomeum de Platina[33], Franciscum Aretinum[34], Iohannem Walterini[35], Petrum de Eugubio[36], Iohannem dela Casa[37], Cherubinum[38], Franciscum de Salviatis[39], Leodrisium Cribellum[40], Andreocium de Ghinutiis[d41],

---

[2] *Guilielmus Gonne*.
[3] *Antonius de Cortesiis*.
[4] *Michael Amici.*
[5] *Johannes Baptista de Millinis*.
[6] *Johannes de Angeroles.*
[7] *Antoniusmaria de Tuscanis.*
[8] *Jacobus Bignetti.*
[9] *Antonius de Piscia.*
[10] *Jacobus de Rizonibus.*
[11] *Nicolaus Manni de Castello*.
[12] *Fabricius de Marliano*.
[13] *Antonius de Montia*.
[14] *Petrus de Godis.*
[15] *Johannes Horn.*
[16] *Nicolaus Tungen.*
[17] *Jacobus de Minutolis.*
[18] *Ciriacus Leckstein*.
[19] *Bartholomeus de Coccapanis.*
[20] *Franciscus de Aquila*.
[21] *Baptista de Albertis.*
[22] *Hugo Andree de Benzis.*
[23] *Johannes Ferdinandi de Munilla.*
[24] *Calixtus de Urbino.*
[25] *Carolus de Manellis.*
[26] *Remigius Gomecii.*
[27] *Nicolaus Garilliati.*
[28] *Baudetus Coleti.*
[29] *Godefridus de Chenesmont.*
[30] *Johannes Didaci de Carione.*
[31] *Oliverius Principis.*
[32] *Rodulfus Swentuer*.
[33] *Bartholomeus de Platina.*
[34] *Franciscus Aretinus.*
[35] *Johannes Walterini.*
[36] *Petrus de Marionibus de Eugubio.*
[37] *Johannes de la Casa.*
[38] *Cherubinus de Foligno.*
[39] *Franciscus de Salviatis*.
[40] *Leodrisius de Crivellis*.
[41] *Andreucius de Ghinuciis.*

Bartholomeum de Prato[42], Stephanum de Robiis[43], Franciscum de Petruciis[44], Iohannem de Bottonibus[e45], Bartholomeum de Buccino[46], Nicolaum de Mancinis[47], Albertum Cock[48], Iohannem de Cremonensibus[49], Iacobum de Cremonensibus[50], Andream de Viterbio[51], Nicolaum Bictonium[52], Sinolphum[53], Iacobum de Vulterris[54], Franciscum Berengarii[55], Celsum de Millinis[56], Iohannem Gerones[57], Iohannem de Castillione[58], Petrum Saignerii[59], Franciscum de Pratella[60], Dionisium de Vicentia[61], Petrum de Vicentia[62], Iacobum de Aretio[63], Iohannem de Senis[64], Leonellum de Bentiis[65], Dominicum de Luca[66], Augustinum Patricium[67], Baptistam Pogii[f68], Nicolaum de Piccolominibus[69] et ***[g], quos tamquam fideles[h] nobis et sufficientes[i] et idoneos nec non ad exercitium officii abbreviatorie aptos ex certa nostra scientia nuper elegimus et in pitaphium abbreviatorum describi ac ad honores, onera et emolumenta per dictas[j] alias nostras litteras eis deputata admitti fecimus in ipso abbreviature[k] officio, quod ipsis et eorum singulis tamquam idoneis et nobis gratis etiam ex nunc conferimus et assignamus apostolica auctoritate et de plenitudine potestatis perpetuo constituimus, confirmamus et approbamus ac ut tales ad ipsum officium eiusque liberum exercitium nec non honores, onera et emolumenta supradicta admittimus, per dilectum quoque filium nostrum Rodericum[70] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem sancte Romane ecclesie vicecancellarium ac nunc et pro tempore existentem

---

42 *Bartholomeus Thome de Prato.*
43 *Stephanus de Robiis.*
44 *Franciscus Bartholomei de Petruciis*.
45 *Johannes de Bottonibus*.
46 *Bartholomeus Petri de Comitibus de Bucino*.
47 *Nicolaus de Mancinis.*
48 *Albertus Cock.*
49 *Johannes de Cremonensibus*.
50 *Jacobus de Cremonensibus.*
51 *Andreas de Spiritibus de Viterbio.*
52 *Nicolaus Bictonius.*
53 *Sinolfus de Castro Otherio de Comitibus Montorii*.
54 *Jacobus Nicolai de Gerardis de Vulterris.*
55 *Franciscus Berengarii.*
56 *Celsus de Millinis.*
57 *Johannes Gerones*.
58 *Johannes de Castillione.*
59 *Petrus Saignerii*.
60 *Franciscus Hugolini*.
61 *Dionisius Jacobi*.
62 *Petrus Jacobi*.
63 *Jacobus Nicolai de Aretio.*
64 *Johannes Mini de Senis*.
65 *Leonellus Sozini de Benzis*.
66 *Dominicus de Bertinis de Luca*.
67 *Augustinus Patricius.*
68 *Baptista Poggii*.
69 *Nicolaus de Piccolominibus*.
70 *Rodericus de Lanzol-Borja.*

Cancellarie apostolice regentem nec non quoscumque alios, cuiuscumque dignitatis, status[l], gradus, ordinis, nobilitatis vel conditionis fuerint, sub excommunicationis late sententie pena sine ulla contradictione[m] admitti volumus et mandamus, statuentes inde[n] ac auctoritate, motu, scientia et potestate supradictis ordinantes atque considerate volentes, quod singuli abbreviatores supradicti ac eorum in officio successores sint et esse debeant tam nostri quam successorum nostrorum Romanorum pontificum familiares et in quibuscumque litteris apostolicis tam gratie quam iustitie pro eis expediendis tales ac etiam magistri vocentur, in reliquis quoque omnibus expeditionem suarum litterarum quarumcumque concernentibus habeantur et tractentur, ut scriptores apostolici habentur et tractantur, sublata cuique quavis materia aliter interpretandi sub excommunicationis pena antedicta.

---

[a] super hoc *fehlt BL 2850;* hoc *fehlt RV 496*
[b] magistros *fehlt BL 2850; BL 2850, VL 6343, Paris 4172 am rechten Rand* Isti 13 primi erant in parco maiori
[c] Millinis *BL 2850, VL 6343* Melinis
[d] Ghinutiis *BL 2850, VL 6343* Garaceis
[e] Bottonibus *VL 6343* Batonibus
[f] Bartholomeum de Bucino - Pogii *fehlt BL 2850*
[g] *RV 496 Lücke von ca. 4 cm; BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 Lücke von einer Zeile*
[h] fideles *BL 2850, VL 6343* fides
[i] et sufficientes *fehlt BL 2850*
[j] dictas *fehlt BL 2850, VL 6343*
[k] abbreviature *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* abbreviatorie
[l] status *fehlt BL 2850*
[m] contradictione *VL 6343, Paris 4172* conditione
[n] inde *fehlt BL 2850, VL 6343*

(3) Intendentes insuper, quod ipsum officium cuique dictorum abbreviatorum liberum sit et sine fraude a quoque exerceatur, volumus et sub eadem pena districte mandamus, quod dilectus filius magister Iohannes Horn[1] ad presens distributor in dicto officio deputatus ac successores sui, quos deinceps per fabas a singulis predictis abbreviatoribus dandas eligi volumus, durante officio distributoris non debeat pro se aut suo computatore aliquam distributionem facere vel recipere nec per se vel alium seu alios ullas apostolicas litteras quoquo modo expedire, de quibus premium vel aliquod emolumentum haberi possit, sed quod ipse et eius computator ab officio salariati, ut sunt rescribendarius et computator[a] scriptorum, emolumenta sua libere ex officio percipiant.

---

[1] *Johannes Horn.*

---

[a] computator *BL 2850, VL 6343* computatorum

(4) Item statuimus et ordinamus sub pena prefata, quod nullus dictorum abbreviatorum tam maioris quam minoris presidentie ab aliquo abbreviatore minutas suas pro[a] se confi-

ciente quintam exigere vel habere debeat, nisi minuta ipsa sit vel male composita vel difficilis correctionis, quodque sub spe habende quinte correctionem ipsam non faciat, malitiose difficilem apparere, sed pro levi correctione et litterarum expeditione contentetur[b] pro minuta de tribus grossis, ita etiam quod expeditionem eius sub pena predicta ac privatione emolumentorum suorum non audeat recusare tam littere gratiose quam executorialis[c], que, ut sunt, pro unica minuta computentur.

---

[a] pro *BL 2825* per
[b] contentetur *BL 2850, VL 6343* computentur*; Paris 4172* contentur
[c] executorialis *VL 6343* executoriales

(5) Et ne inter abbreviatores et scriptores apostolicos de ordine preferendi in processionibus et conventionibus aut alibi questio possit oriri, statuimus pariter et ordinamus sub eadem pena excommunicationis ac ex certa nostra scientia, quod abbreviatores et scriptores predicti pari reverentia et honore ubique locorum se recipiant.

(6) In processionibus vero et huiusmodi hunc modum volumus observari[a], videlicet quod officiales abbreviatorum collocentur in loco digniori et incedentibus ipsis binis cum officialibus scriptorum precedant[b] officiales abbreviatorum, postmodum sequantur abbreviatores de parco maiori cum scriptoribus antiquioribus et incedant bini, sic quod abbreviator sit a dextris et scriptor a sinistris, et finito numero abbreviatorum de parco maiori inter primos binos, qui tunc succedunt, scriptor sit a dextris et abbreviator a sinistris, in sequenti combinatione abbreviator sit a dextris et scriptor a sinistris et sic successive alternatim usque ad complementum numeri.

---

[a] observari *RV 496, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* observent
[b] precedant *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* procedant

(7) Preterea volumus ac motu, scientia, potestate et auctoritate similibus concedimus, quod omnia et singula privilegia, concessiones et antelationum[a] prerogative, declarationes, exemptiones, immunitates, exceptiones et indulta scriptoribus ipsis etiam quoad effectum gratiarum suarum expectativarum tam per nos quam quosvis alios Romanos pontifices predecessores nostros hactenus concessa et indulta predictis abbreviatoribus et ipsorum singulis, ad quos ex nunc motu, scientia, potestate et auctoritate supradictis ea omnia et singula extendimus, plene suffragentur, ac si ipsis abbreviatoribus de verbo ad verbum essent concessa, illa[b] maxime, que[c] officio dictorum abbreviatorum conveniunt et in nullo adversantur[d].

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] antelationum *BL 2850, VL 6343* antelationes
[b] illa *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[c] *BL 2850, VL 6343 folgt* ex
[d] adversantur *BL 2850, VL 6343* versantur

(8) Quoad expeditionem vero litterarum gratis[a] servetur omnino bulla institutionis dicti officii abbreviatorum.

[a] gratis *BL 2825* gratie

(9) Atque, ut Cancellaria apostolica in dies magis ordinata appareat, mandamus singulis abbreviatoribus supradictis, ut sub pena memorata, quantocius simul conveniant, et ex eis illos, qui de parco minori[a] et prima visione sint ac ad videndum litteras secretariorum usque ad numerum per alias nostras litteras predictas statutum et ordinatum magis idoneos ad loca, exercitia, honores, onera et emolumenta sua deputent et in debito ordine dirigant atque observent.

[a] minori *BL 2850* minori *zu* maiori *verschlimmbessert; VL 6343* maiori

(10) Item statuimus et ordinamus, quod singuli abbreviatores supradicti sint clerici et competenter litterati atque etatis annorum viginti quinque[a] nec non debeant sub pena antedicta togati et honesto ac condecenti habitu incedere saltem usque ad medium cruris et frequentare ipsam Cancellariam, ubi presentes fuerint, ut nulla eorum parte negligentia allegari possit in expeditione litterarum, que in ipsa Cancellaria expediri sunt solite.

[a] viginti quinque *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* XXV

(11) Item, quod singuli abbreviatores antedicti tam maioris quam minoris presidentie teneantur et debeant sub pena supradicta pro quacumque officii et personarum eiusdem causa, ubi distributori pro tempore videbitur, vocatione[a] eiusdem distributoris in unum personaliter convenire et per singula vota cum fabis danda, ut prefertur, ordinare et disponere omnia, que officio sint honesta, utilia atque sine perturbatione possint observari et, si de aliqua re agendum esset dubia vel gravi per litteras nostras predictas non concessa, non specificata[b] vel non satis declarata, debeant de illa simpliciter inter se maturam ordinationem capere et de hoc, quod eis fuerit visum, nos vel successores nostros ad confirmandum vel infirmandum consultos habere.

[a] vocatione *BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172* vacatione

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[b] specificata *RV 496* expeciffiata *(!)*

(12) Volumus autem, quod votum alicuius dictorum abbreviatorum non pluralis sit quam alterius nisi aliorum pluralitate obtenta.

(13) Item, quod ipsi abbreviatores possint et debeant habere[a] atque ordinare unam capellam cum omnibus illis modis, formis, privilegiis, statutis, ordinationibus, capellano, officialibus et gubernatoribus, prout habent scriptores apostolici.

[a] habere *fehlt BL 2850, VL 6343*

(14) Item, quod collegium abbreviatorum ensenia, singuli vero abbreviatores deinceps quovis modo admittendi illa et eadem iocalia solvere debeant et teneantur, que solvi sunt[a] solita in officio dictorum scriptorum.

[a] sunt *BL 2850, VL 6343* fuit

(15) Item, quod deinceps abbreviatores absentes non participent, nisi id eis per nos vel successores nostros aut collegium ipsorum specialiter concedatur.

(16) Et ut ipsum dictorum abbreviatorum officium, prout eius exercitium requirit, sit quietum, liberum et sine cotidiana murmuratione, decernimus ac motu, scientia, potestate et auctoritate supradictis declaramus nullum ex abbreviatoribus maioris presidentie in alios superioritatem vel potestatem ullam obtinere aliam, quam ex loco sibi debetur, sed volumus et sub pena prefata mandamus, quod ipsi abbreviatores maioris presidentie suo loco cum debita reverentia et honore ac auctoritate expediendi libere gaudeant et alios abbreviatores fratrum loco suscipiant, dirigant et benigne informent.

(17) Delinquentes vero vel excedentes circa ordinem officii - convocato per distributorem pro tempore universo ipsorum collegio - digne puniantur per suspensionem, emolumentorum suorum privationem et alias penas, prout ipsi collegio melius fuerit visum.

(18) Item volumus et mandamus sub pena predicta, quod singuli abbreviatores tam maioris quam minoris presidentie et alii supradicti teneantur et debeant obedire ac cum effectu parere singulis mandatis pro tempore distributoris, que pro commodo, honore, necessitate,

utilitate et discretione[a] officii fecerit, non obstantibus premissis aliis litteris nostris, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum hic insererentur[b], presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis et quas ex tenore singulorum capitulorum nostrorum predictorum in singulis partibus et clausulis suis quoad effectum omnium capitulorum eorundem motu, scientia, auctoritate et potestate antedictis moderamus et restringimus ac per ipsa capitula intelligi atque effectualiter observari volumus et mandamus, illis alias in suo robore suaque firmitate duraturis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum collationis, assignationis, constitutionis, confirmationis, approbationis, admissionis, voluntatis, mandati, statuti, ordinationis, voluntatis, intentionis, concessionis, extensionis[c], decreti, declarationis, moderationis et restrictionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[d] millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto[e], tertio kalendas iunii pontificatus nostri anno sexto[1].

Gratis pro abbreviatoribus.

Io‹hannes› de Cremonensibus[f][2].

---

[1] *1464 Mai 30*.
[2] *Johannes de Cremonensibus.*

---

[a] discretione *BL 2850, VL 6343* directione
[b] insererentur *BL 2850, VL 6343* inserentur
[c] admissionis - extensionis *BL 2850, VL 6343* concessionis, admissionis, voluntatis, mandati, statuti, ordinationis, intentionis, extensionis
[d] incarnationis dominice *VL 496* etc.
[e] millesimo - quarto *BL 2850, Paris 4172* 1464; *VL 6343* MCCCCLXIIII; quadringentesimo - quarto *VL 496* CCCCLXIIII
[f] Gratis - Cremonensibus *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*

## 191.

***Indice 272**, fol. 144v (Rubrik);* ***RV 509**, fol. 161r-161v.*

HENRICO DE WANPACH DATUR ANNOTATIO CUIUSDAM REGULE CANCELLARIE[a].

Pius etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam[c] ministrari tenores quarundam duarum per nos dudum editarum constitutionum, quarum prima die quinta mensis iulii[d] anni domini millesimi quadringentesimi quinquagesimi noni, pontificatus nostri anno primo[1], altera vero quartadecima mensis iulii anni eiusdem domini mille-

---

[1] *1459 Juli 5.*

simi quadringentesimi sexagesimi primi, dicti pontificatus anno tertio[2] publicate fuerunt, ad instantiam dilecti filii Henrici de Wampach[3] canonici collegiate ecclesie sancti Simeonis Treverensis[4] ac pastoris in Lonquich[5] eiusdem diocesis familiaris nostri continui commensalis se illis pro conservatione iurium suorum indigere asserentem presentibus annotari fecimus, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod huiusmodi sic insertis tenoribus stetur et fides plena adhibeatur, ubicumque in iudicio vel extra, ubi exhibitus fuerit vel ostensus, quorum quidem duarum constitutionum venientium tenor talis est: *es folgt* *Nr. 115*. Alterius vero constitutionis sequitur tenor et est talis: *es folgt* *Nr. 133*. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, nono kalendas februarii pontificatus nostri anno quinto[6].

| | |
|---|---|
| A‹ngelus› de Reate[7]. | A‹ringherius› Oriens[8]. |

[2] *1461 Juli 14.*
[3] *Henricus de Wampach.*
[4] *Trier, Rheinland-Pfalz, Deutschland.*
[5] *Longuich, Rheinland-Pfalz, Deutschland.*
[6] *1463 Januar 24.*
[7] *Angelus de Reate.*
[8] *Aringherius Oriens.*

[a] Henrico - Cancellarie *Indice 272*
[b] *RV 509 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*
[c] iustitiam *RV 509* instantiam
[d] *RV 509 folgt* pontificatus nostri anno primo, secunda vero decimaquarta etiam mensis iulii eiusdem pontificatus nostri anno tertio

## 192.

***Indice 272**, fol. $$$ (RV 509), fol. CCCC?.* ***RV 509**, fol. 400r-401r.*

Pius episcopus servus servorum Dei[a]. Ad futuram rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam ministrari tenores quarundam per nos editarum constitutionum, quarum prima die quinta mensis iulii pontificatus nostri anno primo[1], anni domini millesimi quadringentesimi quinquagesimi noni, secunda vero decimaquarta etiam mensis iulii eiusdem pontificatus nostri anno tertio, anni eiusdem domini millesimi quadringentesimi sexagesimi primi, alia vero vicesimatertia mensis decembris predicti pontificatus nostri anno quinto, anni domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundi, publicate fuerunt, ad instantiam dilectorum filiorum Cristofori Martini[2] et Martini de Cespodosa[3] ac Antonii Martini[4]

[1] *1459 Juli 5.*
[2] *Christophorus Martini.*
[3] *Martinus de Cespodosa.*

clericorum Hispalensis[5] et Abulensis[6] diocesium ac Cordubensis[7] familiarium nostrorum continuorum commensalium se illis pro conservatione iurium suorum indigere asserentium presentibus annotari fecimus, volentes et apostolica auctoritate decernentes, quod huiusmodi sic insertis tenoribus stetur et fides plena adhibeatur, ubicumque in iudicio vel extra, ubi exhibitus fuerit vel ostensus, quorum quidem constitutionum unius tenor talis est: *es folgt Nr. 115*. Secunda vero constitutionis tenor sequitur et est talis: *es folgt Nr. 133*. Alterius vero constitutionis tenor sequitur et est talis: *es folgt Nr. 143*. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, quinto kalendas maii pontificatus nostri anno quinto.[8]

| | |
|---|---|
| N‹icolaus› Bregeon[9]. | A‹ugustinus› de Urbino[10]. |

---

[4] *Antonius Martini*.
[5] *Sevilla, Andalusien, Spanien.*
[6] *Avila, Kastilien-León, Spanien.*
[7] *Cordoba Andalusien, Spanien.*
[8] *1463 April 27.*
[9] *Nicolaus Bregeon.*
[10] *Augustinus de Stacholis de Urbino.*

---

[a] *RV 509 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*

## 193.

***Indice 272**, fol. 154r (Rubrik); **RV 509**, fol. 224r-224v.*

EIDEM (= IOHANNI DE LUCENA) DATUR ANNOTATIO CUIUSDAM REGULE CANCELLARIE[a].

Pius etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam ministrari tenorem cuiusdam per nos dudum edite constitutionis, que die prima mensis decembris anni incarnationis dominice millesimi quadringentesimi quinquagesimi octavi, pontificatus nostri anno primo, in Cancellaria apostolica publicata fuit, ad instantiam dilecti filii Iohannis de Lucena[1] canonici Hispalensis familiaris nostri in certo Cancellarie apostolice libro descripti se illius testimonio pro iuris sui defensione indigere asserentis presentibus annotari fecimus, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod huiusmodi sic inserto tenori et descriptioni stetur et plena fides ei adhibeatur in iudicio et extra ac ubicumque exhibitus fuerit vel ostensus, cuius quidem tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis: *es folgt Nr. 99*. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum

---

[1] *Johannes de Lucena.*

Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, tertio idus iunii pontificatus nostri anno quinto[2].

| | |
|---|---|
| Bregeon[3]. | Io‹hannes› de Aquilone[4]. |
| Alia similis. | |

[2] *1463 Juni 11.*
[3] *Nicolaus Bregeon.*
[4] *Johannes de Prohenza alias de Aquilone.*

[a] Eidem - Cancellarie *Indice 272*
[b] *RV 509 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*

## 194.

***Indice 272**, fol. 167r (Rubrik); **RV 510**, fol. 328r,*

DAVID BALFOUR DATUR ANNOTATIO REGULE CANCELLARIE[a].

Pius etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam ministrari tenorem cuiusdam per nos dudum edite constitutionis, que die quinta mensis septembris anni incarnationis dominice millesimi quadringentesimi quinquagesimi octavi publicata fuit[1], ad instantiam dilecti filii David Balfour decani ecclesie Rossensis[2] se illius testimonio pro sui conservatione iuris indigere asserentis presentibus annotari fecimus, volentes et apostolica auctoritate decernentes, quod huiusmodi sic inserto tenori stetur et secundum illum iudicetur, ubicumque in iudicio vel extra ille exhibitus fuerit vel ostensus. Tenor vero predictus de verbo ad verbum sequitur et est talis: *es folgt Nr. 70*. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, septimo kalendas iulii pontificatus nostri anno quinto[3].

| | |
|---|---|
| V. | |
| A‹ugustinus› de Urbino[4]. | N‹icolaus› Bregeon[5]. |
| P‹etrus› de Chiarri[6]. | |

[1] *1458 September 5.*
[2] *Rosscarbery, Munster, Irland.*
[3] *1463 Juni 25.*
[4] *Augustinus de Stacholis de Urbino.*
[5] *Nicolaus Bregeon.*
[6] *Petrus de Chiarri.*

[a] David - Cancellarie *Indice 272*
[b] *RV 509 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*

## 195.

***Indice 272**, fol. 157r; **RV 509**, fol. 346v-347r.*

MAGISTRO OLIVERIO PRINCIPIS DATUR ANNOTATIO CUIUSDAM REGULE CANCELLARIE[a].

Pius etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam ministrari tenorem cuiusdam per nos dudum edite constitutionis, que prima die mensis decembris anni incarnationis dominice M quadringentesimi quinquagesimi octavi, pontificatus nostri anno primo[1], in Cancellaria apostolica publicata fuit, ad instantiam dilecti filii Oliverii Principis[2] canonici Andegavensis familiaris nostri in certo Cancellarie apostolice libro sub data die sextodecimo mensis ianuarii anno ab incarnatione domini MCCCCLXII[3] descripti se illius testimonio pro sui iuris defensione indigere asserentis presentibus annotari fecimus, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod huiusmodi sic inserto tenori et descriptioni stetur et plena fides ei adhibeatur in iudicio et extra ac ubicumque exhibitus fuerit vel ostensus, cuius quidem tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis: *es folgt Nr. 99*. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Tibure, anno etc. dominice MCCCCLXIII, duodecimo kalendas augusti anno quinto[4].

| | |
|---|---|
| Gratis de mandato domini nostri pape. | |
| G‹regorius› de Pozzis[6]. | N‹icolaus› de Tongues[5]. |

[1] *1458 Dezember 1.*
[2] *Oliverius Principis.*
[3] *1463 Januar 16.*
[4] *1463 Juli 21.*
[5] *Nicolaus de Tongues.*
[6] *Gregorius de Puteo.*

[a] Magistro - Cancellarie *Indice 272*
[b] *RV 509 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*

## 196.

*Indice 272 fol. 158r (**RV 509**):*

BURGEN. LUDOVICO EPO. BURGEN DATUR ANNOTATIO ‹REGULE› CANCELLARIE (!), FOL. CCCCVIII.

(...)

## 197.

***RV 519 Rubr.**, fol. 3r (a+b); **RV 519**, fol. 30v (= a), fol. 31r-31v (= b); **Druck:** $$$.*

MANDAT SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER SUSPENDI INDULGENTIAS PLENARIAS ET COMMUTANDI VOTA[a].

| | |
|---|---|
| *RV 519(a).* | *RV 519(b).* |

Pius etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Facit nos divina pietas pro temporis qualitate sollicitos, ut contra multarum calamitatum angustias, quas impia Turcorum barbaries nimis effundendi sanguinis fidelium armata furore sarcine pastorali accumulat totis visibus resistemus et circa ea, que tutele eorundem fidelium conferunt, utilitate publica suadente etiam pro suspensione gratiarum precedentium sive alias, prout utilius fore conspicimus, opportune provisionis remedia apponamus. Cum itaque nuper decreverimus opitulante Domino classem contra eosdem Turcos et alios Christi nominis inimicos parare et personaliter ad exeditionem huiusmodi proxima estate accedere ac propterea omnibus et singulis, qui ad hoc sanctum opus personaliter se contulerint aut bellatorem sive bellatores eorum sumptibus destinaverint sive pro facultatum suarum viribus pias elemosinas erogaverint, plenam omnium peccatorum suorum remissionem sub certis modo et forma tunc expressis duxerimus concedendam, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos, ne propter aliarum indulgentiarum hactenus vel a nobis seu predecessoribus nostris concessarum effusionem christifideles in hoc sancto opere tardiores existant, omnes et singulas indulgentias plenarias ac etiam commutandi vota aut super eis et male ablatis, incertis aut per usurariam pravitatem vel alium illicitum modum extortis dispendandi et componendi aut illa sub certis modo et forma remittendi ac deputandi confessores cum potestate absolvendi etiam in

| | |
|---|---|
| casibus sedi apostolice reservatis | omnibus apostolice sedi reservatis casibus |

facultates, concessiones et indulta a nobis et eadem sede vel illius auctoritate quibuscumque ecclesiis, monasteriis, hospitalibus et piis locis, universitatibus, fraternitatibus quibuslibet tam in perpetuum quam ad certum tempus in vita vel in mortis articulo quovis modo concessas et concessa auctoritate apostolica tenore presentium de apostolice potestatis plenitudine suspendimus illasque durante expeditione predicta tamquam suspensas nolumus alicui suffragari - indulgentiis tamen basilicarum et ecclesiarum alme Urbis pro reverentia apostolorum principum, qui eas suo martirio consociarunt - in suo plenario robore duraturis, districtius prohibentes alias indulgentias preter istas dumtaxat in locis publicis vel privatis predicari vel nuntiari et earum pretextu a questoribus aliquid exigi, quinimo questores et predicatores quoscumque per locorum ordinarios a predicationibus et questis

huiusmodi faciendis volumus et mandamus presentium auctoritate arceri. Nulli ergo etc. nostre suspensionis, prohibitionis,

| | |
|---|---|
| mandati et voluntatis | voluntatis et mandati |

infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno

| | |
|---|---|
| incarnationis dominic millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, tertio idus novembris pontificatus nostri anno sexto[1]. | etc. MCCCCLXIII, quarto idus novembris pontificatus nostri anno sexto[2]. |

| | |
|---|---|
| De curia. | M‹arcus› de Sole[3]. |
| G‹uilielmus› Pele[4]. | Fuit expedita similis duplicata scripta per Io‹hannes de› Tartarinis[5]. |
| | De curia. |

[1] *1463 November 11.*
[2] *1463 November 10.*
[3] *Marcus de Sole.*
[4] *Guilielmus Pele.*
[5] *Johannes de Tartarinis.*

[a] Mandat - vota *RV 519 Rubr.(a); RV 519 Rubr.(b)* Item suspendantur omnes et singule indulgentie durante expeditione contra Turcum
[b] *RV 519(a+b) am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*

## 198.

***Indice 272**, fol. 168r; **RV 510**, fol. 373v-374r.*

ANTONIO DE SERTIANO DATUR ANNOTATIO REGULE CANCELLARIE[a].

Pius etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam ministrari tenorem cuiusdam constitutionis per nos dudum edite[c], que die quinta mensis iulii anni incarnationis dominice millesimi quadringentesimi quinquagesimi noni, pontificatus nostri anno primo, publicata fuit[1], ad instantiam dilecti filii Antonii de Sertiano[2] clerici Clusinensis diocesis familiaris nostri continui commensalis se illa pro conservatione iuris sui indigere asserentis presentibus annotari fecimus, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod huiusmodi sic inserto tenori[d] stetur et fides plena adhibeatur ubicumque in iudicio vel extra, ubi exhibitus fuerit vel ostensus, cuius quidem tenor talis est: *es folgt Nr. 115*. Nulli

[1] *1459 Juli 5.*
[2] *Antonius de Sertiano*

ergo etc. nostrarum voluntatis et decreti infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. dominice MCCCCLXIII, idus ianuarii pontificatus nostri anno sexto[3].

| | |
|---|---|
| Gratis de mandato domini nostri pape. | A. de Senis[4]. |
| A‹ugustinus› de Urbino[5]. | |

[3] *1464 Januar 13.*
[4] *A. de Senis.*
[5] *Augustinus de Stacholis de Urbino.*

[a] Antonio - Cancellarie *RV 510*
[b] *RV 509 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus)*
[c] edite *RV 510* editis
[d] inserto tenori *RV 510* insertus tenor

## 199.

***Indice 272**, fol. $$$ (Rubrik)**; RV 511**, fol. 208r-208v;* ***Reg. Lat. 596**, fol. 190v-191r (Bilder bestellen) (nicht kollationiert);* ***Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 27 Nr. 110.*

Pius etc.[a] Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut sancte Romane ecclesie officialibus, qui pro communi omnium fidelium utilitate laborant, stipendia opportuna proveniant, ex quibus decenter se valeant sustentare. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum magistrorum registri nostri supplicationum petitio continebat, propter erectionem officii abbreviatorum litterarum apostolicarum per nos nuper ad certum numerum tunc expressum reducti et ex certis aliis causis emolumenta ipsis magistris provenientia, prout evidentia facti insinuat, sint adeo diminuta, quod ex eis se sustentare et alia sibi suo tempore incumbentia onera supportare non possint, pro parte eorundem magistrorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsorum indigentiis super hiis opportuni prospicere de benignitate apostolica dignaremur, nos itaque attendentes eorum petitionem esse consonam rationi eorum in hac parte supplicationibus inclinati eis, ut pro qualibet supplicatione vel reformatione registranda et per eos auscultanda ultra id, quod pro prima registratura solvi consuevit, duos bononenos per nos percipere et exigere in suosque usus convertere libere et licite valeant, permittimus ac eis concedimus per presentes mandantes harum serie clericis dicti registri, quod dictos duos bononenos, ut premittitur, pro qualibet supplicatione vel reformatione pro eisdem magistris recipiant et exigant et aliter dictas supplicationes vel reformationes ad scribendum non distribuant quoquo modo, alioquin de suo dictos bononenos reficere teneantur, nec non de eisdem et aliis emolumentis et iuribus dictorum magistrorum eisdem fideliter et integre respondeant ac expensis in dicto registro ...ari pro eisdem magistris faciant quodque de cetero? alicuius

supplicationis copiam ex dicto registro cuipiam petent‹i› non tradant, nisi alicuius predictorum magistrorum manu prius signata fuerit, sub excommuni cationis pena, quam contrafacientes eo ipso incurrant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre permissionis, concessionis et mandati infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno etc. MCCCCLXIII, pridie nonas februarii pontificatus nostri anno sexto[1].

| | |
|---|---|
| X<br>X<br>X | Io‹hannes› de Tartarinis[2]. |
| A‹ugustinus› de Urbino[3]. | |

[1] *1464 Februar 4.*
[2] *Johannes de Tartarinis.*
[3] *Augustinus de Stacholis de Urbino.*

[a] *RV 511 am Kopf auf dem linken Rand* G. de Piccolominibus *(= G. de Piccolominibus) und auf dem rechten* Pro magistris de registro supplicationum

## 200.

*RV 519 Rubr., fol. 6r; Reg. Vat. 519, fol. CLVI.*

EXCOMMUNICATIO DIE IOVIS SANCTE[a].

Pius II. etc.

[a] Excommunicatio - sancte *RV 519 Rubr.*

## 201.

***RV 519 Rubr.**, fol. 6v; **RV 519,** fol. CLVI et fo. CLXX[..]*

CONTRA RECIPIENTES VEL ACCEPTANTES MUNERA[a].

Pius etc.

[a] Contra - munera *RV 519 Rubr.*

## 202.

***RV 519 Rubr.**, fol. 6v; **RV 519,** fol. CLXXX.*

BULLA CONTRA CLERICOS CAMERE ABSENTES[a].

Pius etc.

[a] Bulla - absentes *RV 519 Rubr.*

## 203.

***RV 519 Rubr.**, fol. 7r;* ***RV 519,** fol. CXVIII*.

DECLARATUR EXCOMMUNICATIO IOVIS SANCTI CONTRA IMPEDIENTES EXECUTORES EARUNDEM LITTERARUM[a].

Pius etc.

---

[a] Declaratur - litterarum *RV 519 Rubr.*

## Interessant?

Indice 272 fol. 33r (Reg. Vat. 500) De curia. Bulla domini Iovis sancti (vor Blatt 1?).

Indice 272 fol. 79 Reg. Vat. 503): De Curia. contra piratas, fo. XV.

Indice 272 fol. 119v (Reg. Vat. 505: Valentin. Roderico. sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono card. et vicecancellario administratori eccl. Valentin. datur indultum, fol. CCCXLVI.

Indice 272 fol. 146v (Reg. Vat. 508): Bulla diei iovis sancte (nach CCCCXXXI)

Indice 272 fol. 150r (Reg. Vat. 509): Expectativa Martino Rabaque datur expectativa in forma pauperum, fo. CLXIII.

Indice 272 fol. 165v (Reg. Vat. 510): Expectativa. Pascasio de Mondragon. datur expectativa in forma pauperum, fo. CCLXVIII.